ctrinis ordinatis
quas Galenus in
eius libri ꝓhemio
statim noiat diffi-
cillima habet: sed
precipue de dua-
bus altera que re
solutiua altera q̃
cõpositiua nomi-
nat: nã de tertia que diffinitiua dr̃ nõ aduerti latinos
Galeni expositores esse admodũ differẽtes. In dua
bus v̄o q̃s diximus ita ĩuicẽ aduersant vt alij asserãt
doctrinã resolutiuã esse demr̃ationẽ quãobrẽ siue pp
qd cõpositiuã v̄o dm̄r̃ationẽ vt sit siue qa sit (liceat. n.
mihi aliqñ cõioris itelligẽtie gr̃a neotericoꝝ ꝯsuetu-
dinẽ i loquẽdo imitari) alij ꝯ̃ria disserãt resolutiua do
ctrinã ex posterioribꝰ ad ꝓ̄ora ꝓcedere: cõpositiuã v̄o
vice versa ex ꝓ̄oribꝰ posteriora demr̃are. Prĩe asser-
tinois auctor ꝛ ꝓ̄nceps fuit Drusianus cognomento
Plusq̃ȝ cõmẽtator. Scd̃e Petrus aponẽsis dictꝰ ꝯci
liator. Quocirca fcm̃ est vt in tãta hoium magne euo
nr̃o auc̃itatis discordia nõduȝ satis Galeni de hisce
doctrinis exploratꝰ sit ĩtellectꝰ: quẽ nos volẽtes hoc
ope declarare neciuȝ hẽmus: ꝓ̄us qd antiq phi ð do
ctrinis ꝓ̄ncipalibꝰ senserint: quot ꝛ q̃les existãt expli
care. Demũ ꝙ alr̃ hi de q̃ttuor modis doctrinaꝝ: alr̃
Galenus de tribꝰ doctrinaꝝ ordinibꝰ locuti fuerint:
rẽ nõdũ a recẽtioribꝰ Galeni expositoribꝰ aĩaduersaȝ
v̄itatis amatoribꝰ mãifestare. Hammonius phs apd̃
grecos grauissimus i his que ꝓ̄fat ad libri porfirij de
qnqȝ vocibus expõnẽ ita de q̃ttuor doctrinis scribit.
Quattuor sũt modi doctriales: diuisiuus: diffinitiuꝰ
demr̃atiuus ꝛ resolutiuus. Dicunt aũt doctriales: qꝛ
vnusqsqȝ aliqd docẽs vtit eoꝝ aliquo: veluti si ostẽsu
rus sim ꝙ aial est genus vtor diuisiuo ꝛ dico: qm̃ di-
cimus genus esse qd̃ diuidit in multas spẽs: hoieȝ. s.
caprã ꝛ bouẽ. Igit aial ẽ genꝰ. Si aũt hois nãȝ oñde
re volo vtor diffinitiuo. Ita. n. dico: hõ ẽ aial rõnale
itellectꝰ discipline ꝛ capax. Si aũt velim oñdere pp
qd hõ est aial vtor dm̄r̃atiuo atqȝ ita rõcinor Hõ est
rõnalis: oẽ rõnale est aial: ois igit hõ est aial. Si auteȝ
velim oñdere hoiem esse cõpositũ vtor resolutiuo et
dico Hõ cõponit ex aĩa ꝛ corpore corpus qd̃dã totũ
est: ois totalitas ex aliqbꝰ ꝑtibꝰ ꝯstat. Corpus igit ime
diate cõponit ex ꝑtibꝰ organicis. Organice aũt par-
tes sũt caput pedes ꝛ reliqua qm̃ vnusqsqȝ istis vtẽs
instr̃is opat. Singule vero ex his organicis partibus
cõposite sunt: ex venis arterijs musculis carnibus et
ossibus: que omnes sunt partes similares composite
ꝛ ipse ex sanguine pituita flauabile ꝛ nigra. Hi ve-
ro quattuor humores ex quattuor elementis igne:
aere: aqua: ꝛ terra: consistunt. Ideȝ Hammoneus in
Commentarijs in priores resolutorios Aristotelis ita
scribit. Quattuor sunt methodi dialetices que sunt
quedã facultates ꝛ veluti germina eiusdem diuisiua
diffinitiua demõstratiua ꝛ resolutiua ꝛ tribus metho
dis prioribus opponit resolutiua. Percurramus aũt

Quattuor modi doctriales iuxta Hammonium

Quattuor methodi dialetice

singulas vt queadmoduz eis opponit perdiscamus.
Diuisiua gdez vnũ in multa diuidit. Diffinitiua aũt
plura que vni rei insunt colligens in vnũ eandẽ rem
ab alijs seperat atqz distinguit. Demonstratiua vero
aliud alij inesse demonstrat. Resolutiua vero a com
positis ad simplicia regreditur ⁊ resolutiuã gdẽ oppo
ni diuisiue nemo dubitat. Hec.n. vnũ i multa partit.
Resolutiua aũt multa i vnũ cogit. Opponitur aũt et
diffinitiue. Hec.n. ex pluribus que alicui insunt ve-
luti ex genere ⁊ drĩjs vnam cõpositam perficit diffi-
nitionẽ. Resolutiua vero cõpositũ in simplicia resol-
uit. Considerat.n. ⁊ genus ⁊ drĩas ex gbus est ꝯstitu-
tum. Opponitur autẽ ⁊ demonstratiue: hec.n. aliud
alij ꝯiungit veluti aĩe inesse imortalitatẽ cõposito syl
logismo syllogistice ondit: resolutiua aũt eũdẽ disiun
git. Ut aũt sũmatim dicatur diuisiua gdez genera se-
cat in species: resolutiua vero species in genera col-
ligit. Rursus diffinitiua ex ꝑtibus totũ aliqd ꝯstituit.
Resolutiua aũt a toto ad partes transcendit ex gbus
cõponit totũ. Rursus demonstratiua ex causis causa
ta demonstrat. Resolutiua aũt a causatis ad causam
ascendit: oĩbus igitur opponitur resolutiua. Querit
aũt Ammonius in eisdem Cõmentarijs cur duo pri-
mi libri in gbus agit Aristoteles de syllogismo simpli
citer inscripti sunt priores resolutiui. Scdi autẽ duo
in quibus tractat de syllogismo demonstratiuo reso
lutorij posteriores simpliciter iscribant: atqz his que
stionibus ita satisfacit. Dicimus inquit ꝙ in syllogis
mis est cõpositio. Est aũt ⁊ resolutio: queadmodũ et
apud grãmaticos est cõpositio ⁊ resolutio. Cõpositio
gdem ſm quã ex elementis vel syllabis noĩa cõpo-
nuntur ac verba. Resolutio aũt ſm quã ea que com
posita sunt resoluunt in simplicia ex quibus compo-
nuntur. vz. in syllabas ⁊ elemẽta. Est aũt ⁊ apud phy
sicos cõpositio ac resolutio. Cõpositio gdez qñ a sim-
plicibus formis veniunt ad cõpositas veluti a per se
bono ad id qd est in mente bonuz ad id qd in aĩa ad
id qd in corporibꝰ. Resolutio aũt est qñ a formis que
sunt in sensibilibus ascendũt ad formas qua sunt in
intelligibilibus. Est ⁊ amatoria resolutio que vtitur
Plato in symposio a pulchritudine que in sensibili-
bus reperit ad intelligibilẽ pulchritudinẽ ascendẽs.
Est ⁊ geometrica resolutio vnde querit qũo totus se
cundus liber Euclidis resoluit. Talem aũt resolutio
nem Geminus diffiniuit hoc modo. Resolutio ẽ in-
uentio demonstrationis: a ꝯclusione.n. icipiunt qui
resoluere dñr: ꝙ si inuenerint se opportune resoluisse
postmodũ cõponentes que per resolutionẽ inuene-
rint faciunt demonstrationẽ: quare recte Geminus
diffiniuit: resolutio est demonstratiõis inuentio. Est
aũt ⁊ apud astronomos cõpositio ⁊ resolutio: est ⁊ in
syllogismis: ⁊ cõpositio gdem dr collectio ꝓpõnum
⁊ ipsius syllogismi generatio: veluti si velim demon
strare ꝙ aĩa sit imortalis colligo ꝓpões aliquas ex
gbus ꝯstituo syllogismũ hoc modo. Omne ꝑ se mo
bile est semꝑ mobile: aĩa est per se mobilis: igit sem-
per mobilis. Item omne semper mobile est imortale
anima est semper mobilis: igitur ẽ imortale: hec qui
dem compositio appellatur. Resolutio vero quãdo
inuento syllogismo apud aliquem auctorem queri-
mus ad quam figuram reducantur atqz ita ipsum in
propositiones resoluimus ex quibus est constitutus
veluti nuper dictum syllogismum apud Platonem
inuentuz: si resoluere voluero incipio a conclusione
⁊ dico anima est imortalis: vnde hoc probatuz est ex
eo. vz. ꝙ omne semꝑ mobile ⁊ imortale ⁊ omne per

Cur duo libri Aristotelis de syllogismo simplr ꝑores resolutorij Duo vo d syllogismo demonstratiuo posteriores resolutorij dicantur

Geometrica resolo

se mobile est semꝑ mobile: ⁊ ita resoluo syllogismuz
in ꝓpõnẽ ex gbus ẽ ꝯstitutus. Ipsas quoqz ꝓpões
si resoluere voluero resoluam in terminos: oĩs.n. pro
positio hz oĩno subiectũ ⁊ ꝑdicatũ. Dicit aũt in hisce
libris ⁊ de resolutione: neqz.n. qui nouit gdem com
ponere: nescit ãt resolue: hic methodi syllogistici sciẽ
tiam tenebit. Ipse gdem Aristoteles ꝓposito tracta-
tu de generatione syllogismoꝝ hoc est de cõpositiõe
eorũdem: deinde de inuentione ꝓpõnũ qua.s. via ac
rõne gspiam possit inuenire ꝓpões ex gbus cõpo-
nitur syllogismus: subiungit deinde ⁊ de resolutione
⁊ dicit qũo resoluere oporteat. Incipiens aũt tracta
re de resolutione dicit ꝙ est necessariũ de resolutio-
ne dicere: qui.n. nouit cõpõnẽ syllogismoꝝ ⁊ faculta
tem habet ꝓpõnũ inuentiuã ⁊ resoluendi scientiam
habens hic ꝓpositũ recte assequet hoc est scientiam
habebit syllogistici methodi tanqz non sufficiat solũ
scire cõpõnẽ: sed etiam resolutionẽ oporteat cogno-
scere: que cõpõni opponit. Hec.n. a simplicibus ad
cõposita procedit: resolutiua vero econtra a composi
tis ad simplicia. Inquit aũt ipse incipiens a sermone
de resolutione. Si.n. cõponere nouerimus ⁊ faculta
tem inueniendi habuerimus. Adhuc aũt et resoluẽ
di terminuz habebit qd erat a principio propositum.
Tanqz non de sola cõpositione dicere proposuisset:
sed etiam de resolutione syllogismi docere in duobꝰ
propositis libris ⁊ in alijs duobus sequentibus oẽs
resolutorios appellauit. At obijceret aliquis si de cõ
positione ⁊ resolutione docet: quare non appellauit
compositiuos atqz inuentiuos: sed potius resoluto-
rios que nam hec sortitio? Respondemus ꝙ a parte
magis artificiosa ac digniore nominauit. Qui.n. arti
ficiose scit resoluere nouit etiã componere: veluti Ar
chitectus per resoluere nouit ⁊ materias seruare in-
corruptas omnino ⁊ componere nouit. Scit.n. quid
primum quid medium ⁊ quid vltimum compositũ
sit ⁊ ita resoluit. Quia igitur resolutiua dignior atqz
artificiosior existit ⁊ plura cõplectens atqz perfectior
ob id quod diximus cum qui sciat resoluere scire et
omnino componere non contra: qui cõponere sciat
omnino ⁊ scire resoluere de resolutione resolutorios
appellauit. Et breuitatis philosophus affectator sa-
tis habuit a perfectiori parte non autẽ a duobus in-
scribere. Dico etiam ⁊ aliter ꝙ de syllogismis: multi
etiam alij ante Aristotelem vsi sunt sicut Plato ⁊ ple
riqz alij: ⁊ ipsi preterea vulgares hoĩes in agendo ac
disputando syllogismis vtunt. Nemo tñ ante Aristo-
telem artem syllogisticã tradidit: neqz tres figuras ad
inuenit ad quas oẽs syllogismi reducũt. Gloriat igit
Aristoteles ⁊ merito gloriat in triũ figuraꝝ inuentiõe
atqz excogitatõe ꝙ tres sũt figure et neqz plures neqz
pauciores: ad quas oẽs syllogismi reducunt oĩsqz fi-
des siue iductiua siue qualiscũqz fuerit ad aliquã ista
rũ triũ figuraꝝ reducit. Quia igit qui resolutõe vtitur
oẽm syllogismũ sidẽqz oẽm ad aliquã vnã harũ trium
figuraꝝ resoluit: ideo hosce libros resolutorios voca
uit. Sed qm vt dictum est rectus ordo ⁊ ꝯsentaneus
expostulat vt primũ que cõiter insunt omni syllogis-
mo doceamus: deinde que proprie huic vel illi. Ic-
circo hosce duos primos libros in quibꝰ doceret de
syllogismo simpliciter priores resolutorios vocauit.
Alios aũt duos in qbꝰ nõ de syllogismo simplr: sz de
mrãtiuo ꝑtractat posteriores resolutorios appellauit
⁊ hec gdẽ qztũ ad iscriptionẽ attinẽt. In eãdẽ pariter
sñiam scribit Joannes grãmaticus in Cõmentarijs
prioꝝ resolutiuoꝝ vbi cãm iscriptõis igrit ita scribẽs.

Quid resolutio quid cõpositio

Obiectio

Solutio

Cur resolutorij ꝑores ⁊ resolutorij posteriores

Jo. grãmaticus

Causam autem inscriptionis querere op3:cur na3 resolutorij ⁊ non de sillogismis inscribunt:nam resolutio pluribus modis dicitur:est.n. resolutio totius in partes ⁊ cōpositorū in simplicia qua vtuntur geometre ⁊ corpoꝝ naturaliū in elementa quattuor ⁊ etiam reductio syllogismoꝝ in ꝓprias figuras. Aliogn autē

Resolutio multipłr

cu3 resolutionis nomen multipliciter dicatur. Licet ⁊ scd̄m hoc dicere resolutionē esse regressionē quandam ad id qđ prius est ⁊ causa cōpositiōis existit vnde querendi datur occasio cur cum syllogismus cōpositio sit ⁊ pluriū propositionū collectio:non aūt

obiectio

resolutio libros in qbus de syllogismis pertractat resolutorios vocauit:opportuit.n.potius compositorios inscribere. Ut igitur simul ⁊ inscriptionis cām ⁊ totius voluminis diuisione3 explicemus ita dicimus. Diuidit hoc volumen in tria capita. Docet aūt nos in primo qdem cōpōnem syllogismorū in scd̄o vero quo pacto nobis ꝓpositionū copia suggerat:in tertio aūt agit de syllogismoꝝ resolutōe. Ex tertio igitur capite vt qđ ceteris dignitate prestaret (ois qdem syllogismus ex resolutione cognoscit in qua figura ponatur) hosce libros censuit inscribendos. Allioquin qui

Nō oēs q sciūt cōponere sciūt et resoluē

resolutionē nouit pariter ⁊ cōpōnem nouit. Que.n. dissoluit hec eadem haud magna cū difficultate cōponit. At vero contra se res h3:na3 ⁊ vulgares hoīes sciunt qdem cōponere veluti noīa ⁊ verba ⁊ orone3 ꝯstituere atq3 ꝓferre veluti Socrates ambulat:ipsa3 aūt resoluere nesciunt ⁊ docere quid na3 eorū sit verbum quid uomen. Jccirco aūt priores dicuntur qm̄ de syllogismo simpliciter qui materiei ꝓportione respondet cum nullam forma3 habeat hoc in loco per

Cur ꝑores resolutorij

tractatur ⁊ qm̄ genus suas species antecedit. Est aūt vniuersaliter syllogismus genus ⁊ demonstratiuorū ⁊ reliquarū specierū nō absq3 rōne libros in quibus

Cur posteriores Joannes grāmatic⁹

de eorū genere pertractat priores:in quibus vero de speciebus posteriores resolutorios iscripsit. Hec aūt Joannis grāmatici ratio cām tm̄ aperit ob quam hi duo postremi libri in qbus de syllogismo agitur demonstratiuo qui est species syllogismi simpliciter posteriores dicantur. Cur aūt resolutorij sicuti ⁊ duo antecedentes hoc in loco non explicat:sed in Cōmentarijs in scd̄m librū posterioꝝ quoꝝ alteri latini verbu3 ex verbo vt videtur ex greca lingua translati prolixi tm̄ ⁊ prioribus in ꝑmū libru3 de demonstratione Cōmentarijs eiusdem Joannis grāmatici expōnu3 ac dubitationum copia rn̄dentes. Alteri vero greci habentur multo latinis breuiores adeo vt veluti qđdam eorū cōpendiū esse videantur:causa3 assignās cur duo libri sequentes in quibus agitur de demonstratione resolutorij inscribant ita scribit. Qm̄ autē ⁊ hoc antiqui expositores pretermiserūt cām verā assignare ob quā demonstrādi ratio resolutoria sit appellata hanc quoq3 afferre est necessariū:quam.n. expositores in prioribus resolutorijs inscriptionis causa3 attulerunt illi qdem ꝯuenienter assignari videmus. His vero qbus demonstrandi scientia traditur minime:neq3.n. demonstrādi scientia imperfectior est ea que singulos syllogismos docet in proprias figuras reducere adeo vt ex illa nuncupationē traxisse videatur:si qdem oia que de syllogismis tractantur ad demonstrationē tāq3 ad finē referuntur:.qđ etiā Aristoteles ipse in primo priorū resolutiuoꝝ exordio testatur cum ita scribit. Primum dicere op3 circa quid:⁊ de quo consideratur:quia circa demonstrationem ⁊ de scientia demonstratiua ⁊c̄. Quid igitur de resolu

Rō vocabuli rsolo

torij vocabulo dicemus : videtur qdem impositū ad significandū progressum ab his que ex principijs ortum h̄nt ad ipsa principia qđ ⁊ ipsu3 resolutionis no

Resolutio quid sit

mē oñdit. Est.n.resolutio effectuū posterioꝝ in priora ac superiora ex qbus constāt:videturq3 per trāslationem sumptū ab his qui post peregrinationē ad ꝓprios lares reuertunt. Nam qui a patria recedunt ac deide regrediunt resoluere dicunt. Sicut aūt ⁊ diffinitio ⁊ diuisio ⁊ demonstratio multipliciter dicit ita ⁊ resolutio. Est.n.resolutio transitus a compositis ad simplicia ex qbus tāq3 ex proprijs principijs idest elementis sunt constituta:est ⁊ syllogismoꝝ resolutio in figuras veluti in principia quedam ac regulas artificiosas ⁊ scientiam parietes:est ⁊ alia eorūdem syllogismorū resolutio in principia:hoc est in propositiones ac terminos ex qbus primis fuere constructi. Dicitur etiam resolutio ad vniuersalia a particularibus ascensus vt a singularibus ad species specialissimas ⁊ ab his ad suprema genera qđ resolutionis genus

Resolutio scd̄m Aristotelē pꝫs facit ad diffinitione3 q3 diuisio ꝑ3 Plato. diuisio prefertur

Aristoteles vt que magis sit diffinitionis inuentioni accōmodata diuisioni preponit. Dicitur ⁊ resolutio cum notu3 aliquid in principia ⁊ cās ex qbus ⁊ ꝙ sit ⁊ ꝙ noscatur h3 resoluimus iuxta qđ resolutionis significatum scientia demonstrandi resolutoria appellatur. Qꝛ.n.luna interiectu terre defficiat ex posterioribus ad priora ascendentes agnoscimus ac postmodum inuenta cā demonstrationē cōponimus: na3 lunam qdem deficere sensu cōprehendimus:huius deinde cām intellectus inueniens de eade3 scientiā instituit hoc pacto. Luna qdem deficit. qđ dficit aliqđ h3 qđ obijcitur lune igitur aliqd obijcitur:hic ab effectibus ad cās progressus resolutio appellat:post quē sequitur demonstratio descendens a causis ad effectus hoc modo. Lune aliqd obijcitur cuicūq3 obijcitur deficit luna igitur deficit. Jtem terra mouetur cū autem mouetur ventus in penitioribus eius cauernis includitur:igitur terra ventu3 habet introclusu3: hec qde3 resolutio dicitur. Postmodū fit demonstratio hoc pacto ventus in terre cauernis includit:vento autem introcluso terra tremit:igitur est tremor terre. Aut igitur hanc ob causam demonstrandi scientia resolutoria appellatur aut qm̄ medius terminus in demonstratione vim obtinet omnem. Hic autem est rei diffinitio que ex resolutione inuenitur vt ipse

Ars demōstrādi cur resolutiua

Aristoteles sentit atq3 ideo ars demonstrandi resolutoria dicitur vt que sint resolutione cōstare nō possit. Post aūt quis ⁊ illud affirmare priores qdem libros dici resolutorios ob cām prius assignatam:qm̄ nulla est in ipsis ꝯtemplatio ꝑfectior ea per quā syllogismi in proprias figuras resoluunt:ac primus liber posteriorum qui antecedit hunc ob cām superius exposita3 : qm̄.s.demonstrationis principia per resolutionē inueniuntur. Propositus autē liber.s.ex duobus posterioribus scd̄s ideo resolutorius iscribit qm̄ in ipso de medio demonstratōis qđ est ipsa diffinitio rei tractatur. Hec aūt per ascensum a cōtinentibus ad cōtēta inuenitur:qui modus quidam resolutionis existit vt ipse Aristoteles in sequētibus indicabit:,atq3 hoc pacto singulis libris sue inscriptionis cā erit assignata. Fortassis aūt ex hac eadē inscriptōe monstrat non placere Aristoteli modū illū inuestigandi diffinitionem per diuisionem quem Platonici maxime probabant. Jn alijs autem Cōmentarijs grecis qui etiā ad Jo. grāmaticū referunt auctorē in eadē fere sniā3 ista scribuntur:que causam exponunt Cur primus liber atq3 scd̄s posteriores eque ac duo priores resolutorij inscribunt. Qm̄ medius terminus in demratōe

est diffinitio: ex accidenti etiam de diffinitōe in hoc libro considerat. Nam proprius de diffinitione differendi locus est i septimo eius voluminis libro quod post naturalia inscribit. Hic aūt non tāꝗ de diffinitione sed de causa potius ⁊ medio doctrinā īsinuat. Cuz vero ⁊ demonstratio resolutio dicat. Pars autē demōstratōis est ista tractatio vt ꝗ de medio eiusdez edoceat. Iccirco ⁊ ipsa resolutoria vocatur. Primus aūt liber demonstratiue scientie resolutorius inscribitur non eadē ratione qua duo antecedētes. Illi.n. a potiori artis syllogistice parte talem sortiti sunt inscriptionē. Nam prior atqȝ prestantior est ille tractatus in quo docetur quō singuli syllogismi in ꝓprias figuras resoluunt si qdem syllogismū in ꝓpositiones resoluimus has in terminos: ⁊ medium assumimus atqȝ hinc syllogismi figura reperit. Q̄ꝛ si illa omnia ꝓpter demonstrationez querunt vt ipse Aristoteles in principio trium figurarū inquit ꝙ. vz. cōsideratio de demonstratione existit. Finis aūt dignitate precellit ea que ad finez sunt oibus que añ ipsaz sunt dignior erit demonstratio. At qm̄ species quedaz demonstrationis est demonstratiua scientia iccirco resolutoria appellat: naz eius principia a nobis per resolutionē inueniuntur cum ab his que nobis priora sunt ad ea que natura antecedunt. vz. ad causas ipsas ascendimus. Primū.n. percipimus sensu lunaz deficere. Intellectus deinde causaz rimat: ⁊ inuenit: ita.n. ratiocinatur. Qđ deficit ei aliqđ obijcitur: hec resolutio ad causas ex effectibus progredit. Deinde demonstratio descēdit a causis ad effectus: hoc modo lune aliquid obijcit: cui aliqd obijcitur deficit. Luna igitur deficit. Rursus ēt terraz ꝯcuti videmus vnde ita diximus. Terra concutitur: cum terra concutitur ventus in eius cauernis includitur: hec quidem resolutio est deinde sequit demōstratio. In terre cauernis ventus includit: vento intercluso fit terre tremor. In terra igitur tremor fit. Uel igitur ex hac cā inscriptioni occasio data est vel qm̄ in demonstratiōe medius terminus sūmā obtinet viz. Hic aūt est diffinitio rei. ipsa vero diffinitio per resolutionem inuenit: cuz.n. hoiem ꝯspicimus in illa resoluimus ex qbus ipm natura ꝯstituit videlz animal rōnale mortale intelligentie ac discipline capax: atqȝ ita hec oia assumētes hominis diffinitionē cōponimus. Dicit etiaz resolutio a particularibus ac singularibus ad vniuersalia donec ad ipsum generalissimum pertingamus ascensus. Est etiaz resolutio a re aliqua nota ad principia causasqȝ ex quibus res ipsa constat: atqȝ innotescit regressus: iuxta quod resolutionis significatuz etiaz demonstratio dicitur resolutio. Est etiam resolutio ex effectibus ac posterioribus ad principia causasqȝ ex quibus effectus consistunt recursus. Sumptum est resolutionis vocabulum per translationem ab hijs qui post peregrinationem in patriam reuertuntur: nam ad proprios lares ab externis regionibus reditus resolutio vocatur. Dicitur etiam resolutio a compositis ad simplicia ex quibus componitur transitus Est autem ⁊ syllogismorum in figuras resolutio si quidem eosdem in ꝓpositiones ⁊ terminos resoluimus. Hec quoqȝ ex commentarijs Ioannis grammatici in secundum librum resolutiuorum posteriorum vel potius ex eorundem compendio sumpta sunt: sed ⁊ idem Ioannes grammaticus in magnis commentarijs dictorum librorum Aristotelis non minus ꝗ ceteri greci expositores de quatuor doctrinis quales nam sunt ⁊ cur tot numero existant tam docte ꝗ copiose etiam conscripsit: cū inquit. Quattuor sunt genere methodi quibus omnis doctrina ac disciplina artificiosa perficitur. Diffinitiua.s. ac demōstratiua diuisiua ac resolutiua: haud iure supuacuuz videret cum de demonstratione ac diffinitione sermo habeatur: de quattuor pariter doctrinarū modis explanare: ⁊ qd sint ⁊ ꝓpter quid sint: ⁊ qđ nam singulorū sit opus: ac quo pacto ad inuicem se habeāt. Sunt.n. vie quedam ac rōnes intellectuales cū quibus humana mens proprias inqsitiones apprehendit. Ad hunc.n. inuente sunt finez vt earū adminiculo ea que sunt occulta: atqȝ recondita intellectus inueniat. Est aūt diffinitiue qdem opus ꝓpriam rei ꝓposite subam oñdere. Demonstratiue vero ꝑ se accñtia per medias cās ꝓprijs inesse subiectis demonstrare. Diuisiue āt gñia spēz siue subalternaꝝ siue spālissimaꝝ assumē atqȝ eadē specificis drijs diuidere nihil preter eundo intermediū. Resolutiue vero ex indiuiduis ac singularibus ascendere ad specialissima atqȝ a specialissimis ad subalterna simpliciterqȝ a postremis ad priora ⁊ predicata: cum enim plurima sint resolutionis ac diuisionis sigta he sole que dicte sūt propriam hñt appellationē vt que ad diffinitionē ac demonstrationē ꝯducant. Quas ēt ambas Aristoteles ipse in hoc libro ꝓposito ad diffinitionuz accipit inuentionē. Utrāqȝ qdem ad idem ꝯferre asserens resolutiuā in diuisioni ꝑponens: hec qdem sunt quattuor doctrinaruz sua singulis opera deputata. Reliquum esset quo pacto se inuicez habeant exponere. Est.n. dubitatōe dignū nūqd principales exñt: ⁊ an diffinitiuā ac demonstratiuā relique due veluti cāe ꝯstituant: si qdem per eas diffinitiōes inueniri videmus vel non ita se res hz sed he potius tāꝗ ministre illis subijciunt eisdē quodāmō subseruientes: ac rōni scia cōite: illam que rebus aduenit ab illis specificationē ꝑparantes. Si.n. tāꝗ illarū cāe hasce ꝑcederent ipse per seipsas ꝑfectionē ⁊ nō relationē ad illas hrent. At nunc intueri lz ipsas ad illas respicere ac nō dr ꝗ artē secandi ⁊ qua metalla effodiunt fabris lignarijs atqȝ aurificibus habilē illis mām ꝑficere: si qdem gñia sunt diffinitionū mãe que eū sint indeterminata assumens diuisio drijs distinguit atqȝ idonea ad diffinitionū formationē opat. Demū ita elaborata gñia suscipiens ⁊ ꝯuenientē eis ordinez ac cōpōnem adiungens diffinitiones īstituit: eodē mō resolutiua ab īdiuiduis ad spālissima ascēdit atqȝ ab his ad supiora gñia ac semꝑ subiectis cōia perquirit: que demū iuenta diffinitiue suppeditat: que deide ipsa diffinitiua suscipiens ac ꝯuenienti ordine iugens ex his qdem que sunt cōia singularibꝯ specierū conficit diffinitiones: ac rursus ex his que sunt cōia spēbus generū ꝯstruit diffinitiones. Quare si quis diuisiue ac resolutiue cum auferat vsum quē diffinitionibus prestant atqȝ ab illarū respectu seiungat: impfecte et nihil aut parū aliqd vtilitatis afferre videbunt. Hec igit ita se hñt. At diffinitiua ipsa est per se ipsam perfecta ⁊ rerū explicat subas ipsaqȝ demōstratiuā ꝯstituit cū illi mediū submistret: ⁊ cāz sine qua demr̄atione fieri est ipoe oēm si qdē vim ab illa demr̄atio nāciscit. Post hāc vo est demr̄atiua statuēda. Relique harū ministre ac famule exñt sed principalr qdē diffinitiue per hanc aūt mediā ēt demr̄atiue. Non absqȝ rōne aūt diffinitiua demr̄atiue preponit illa si qdem rerū substantias explicat hec rebus ipsis assequentia demonstrat. Sicuti aūt se hz suba ad illa que ipaz cōsequūt ita diffinitiua ad demr̄atiuā. Neqȝ vero sup-

Diffinitio per resolutionem inuenitur

Jo. grāmatici ꝺ quatuor methodis

Quattuor doctrinaꝝ officia

Diffinitiua demonstratiue ꝓponitur

uacaneuz videtur de numero earum aliquid dicere.
Eur naz cōmunes doctrinarū ac disciplinarū vie:ac

Cur tantuz quattuor

rationes sint tantūmodo quatuor neqz maiori nume
ro neqz minori cōprehendantur. Uel igitur subaruz
certaz querimus habere scientiaz aut eorū que easdē
substātias assequunt. Ad substantiarū cognitionē vti
mur diffinitiua. Ex his autez que quod quid est ma-
nifestant in ꝯsequentiuz venientes notionez ad eorū
probationez vtimur demonstratiua. Quia vero diffi
nitiue necessaria est materia eandez diuisio ac resolu
tio suppeditant:naz cuz diffinitiones sint vel specia
lissimarū vel subalternarū:aut a superioribus aut ab
inferioribus istas inquirimus: ꝛ cū a prioribus rima
ri placuerit vtimur diuisione:sicut cuz a posteriorib⁹
resolutione:adeo ꝙ principales quidez scientie sunt
diffinitiua ac demonstratiua ad has autem dirigunt

Joannes damascenus

diuisiua ꝛ resolutiua Joānes quoqz damascenus in
libro in quo de arte que logica dicit tractat de eisdē
quattuor doctrinis ita scribit. Scienduz est ꝙ quat-
tuor sunt dialetice.i.logice methodi:diuisiua que ge
nus in species per differentias secat:diffinitiua que
ex genere ꝛ differentijs quibus vsa est diuisiua pro-
posite rei diffinitionez constituit. Resolutiua que id
quod magis compositũ existit in simpliciora resol-
uit:hoc est corpus in humores hos in quattuor ele-
menta:hec autez in materiaz ꝛ formaz:demonstrati-
ua aūt est que per mediū aliqđ rez propositā demon-
strat veluti propositū est mihi demonstrare ꝙ anima
est imortalis per hoc mediū: qđ semper mouetur est
imortale: aīa semper mouet igitur aīa est imortalis.
Illud quoqz nosse opz sillogismos ad demonstratio-
nem pertinere. Neqz nos lateat resolutiuā esse tripli

Resolutiua triplex.

cez. Est.n.resolutio naturalis cuius paulo supra exē-
pluz attulimus. Est ꝛ resolutio logica qñ propositũ
sillogismū in propriā figurā resoluimus. Est ēt mathe
matica resolutio qñ accipimus id qđ querit tāqȝ cō-
cessum atqz ab eodem ꝓgredimur donec ad aliquid
oiuz opinione ꝯfessuz ꝑueniamus ex quo postmodū
ꝓpositū astruitur:veluti si in questionez ducat: nūqd
aīa sit imortalis hoc ipsuz qđ querit accipio tāqȝ con
cessum atqz ita ratiocinor. Qñ qdem aīa est imortalis
sunt pro malis ꝛ bonis actionibus premia repensa:
si sunt pro bonis: ꝛ malis actionibus premie repensa
est qđ iudicat ꝛ iudicat: si est qđ iudicat ꝛ iudicat est
qđ ꝓuidet ꝛ ꝓuidentia tandem in ꝓuidentiā deueni
mus quā oēs ꝓcedunt:mox per cōpōnē dico qñ qdē
est ꝓuidentia atqz iudiciū premia rependunt:si ꝑmia
rependūt est aliqđ qđ iudicat si est aliqđ qđ iudicat

Alexāder in priorib⁹ reso.

aīa est imortalis. Alexander ēt in comentarijs priorū
resolutiuoꝝ Aristotelis assignans ꝛ ipse cām eorūdē
libroꝝ inscriptionis multiplex resolutionis significa
tuz his verbis oñdit. Ideo aūt resolutorij dñr qm̄ cō
positi cuiusqz ad ea ex qbus cōpō facta est reditus re
solutio vocat. Nā eȝ se hz resoľo qȝ cōpō. Si qdem
cōpō a principijs via est ad ea que ex principijs oriū
tur:resoľo aūt reditus a fine ad ꝑncipia:nā ꝛ geome-
tre resoluere dicunt qm̄ a ꝯclusione ꝑncipiū faciētes
ordine quodā per ea que ad ꝯclusionis demonstra-
tionē assumunt ad ꝑncipia ꝓposite qōnis ascendūt.
Sed ꝛ qui cōposita corpore i simplicia reducit resol
uere dr: ꝛ qui simpliciū vnūqđqz in ea ex qbus eorū
essentia est ꝯstituta.s.in mām ꝛ formā: sed ꝛ qui orō
nem in ꝑtes diuidit ꝛ easdē ꝑtes in sillabas ꝛ has in
elementa:hic quoqz resoluere dr. Proprie aūt resoľo
appellat:cū sillogismi cōpositi in simplices resoluun
tur. Sed ꝛ simplices in ꝓpōnes ex qbus cōstant:sed
ꝛ sillogismoꝝ imperfectoꝝ ad perfectos reductio re
solutio quedaz existit iuxta qđ maxime resolutionis
significatū:hij libri resolutorij inscribunt. Nā in fine
primi libri quādam viam ac rōnē Aristoteles tradit:
per quaz hoc cōmode facere valeamus nec minus
quo pacto simplices sillogismos i ꝓpōnes ex quibus
constant resoluamus idez Aristoteles docet: eundez
quoqz auctorē inuenimus aliqñ dicere qūo sillogis-
mi cōpositi ex simplicib⁹ fiant ac quo pacto ad eosdē
reducant. In qbus igitur libris de sillogismoꝝ reso-
lutione pertractat hos resolutorios priores. In qbus
aūt de demonstrationib⁹ hos quidez resolutorios et
pisos sed posteriores inscripsit. Alcinous quoqz phi-

Alcinous

losophus Platonicus in libello in quo placita Pla
tonis exponit de quattuor doctrinis ex eiusdē Pla-
tonis snīa facit mentionē. Cuius dicta non grauabor
apponere vt vnusqqz facile intelligat vtriusqz secte
ꝛ Platonice ꝛ Aristotelice familiares philosophos:
non longe diuersa de quatuor doctrinis ꝛ multiplici
resolutionis significato:sed eadez prope modū litte-
ris tradidisse sunt aūt hec Alcinoi in eodez libro ver

Alcinous de varijs modis resolutionuz

ba. Maxime vero propriū atqz intimū dialetices esse
arbitrat vniuscuiusqz rei subam inspicere deinde ac
cidentia:cōtemplat aūt quid vnaqueqz res sit vel ex
superioribus per diuisionez ac diffinitionē: aut ex in
ferioribus per resolutionē. Accidentia autē que sub-
stantijs insunt vel ex contentis per inductionem vel
continentibus per syllogismū:adeo vt rationabiliter
he sint dialetices partes vna diuisiua: altera diffiniti
ua altera resolutiua ac preterea inductiua ac syllogi
stica siue collectiua. Diuisio igitur alia est partitio ge
neris in species alia est totius in partes: veluti cum
animaz diuidimus in rationalē atqz passibilez:ac rur

Diuisionū modi.

sus passibilez in irascibilez ac cōcupiscibilē. Alia est
particio vocis in plura significata:vt quando vnuz ꝛ
idē nomen plura significat: alia est accidentiū in sub
iecta:vt cum dicimus bonoruz alia animaz alia cor
pus exornant:alia sunt que externa appellant. Est ꝛ
subiectorum in accidentia diuisio vt cuz dicimus ho
minuz alij boni alij mali alij medij. Oportet igitur in
primis vti ꝑtitiōe generis in species vt vniuscuiusqz
rei essentiam cognoscamus. hoc aūt sint diffinitione
fieri non potest. Diffinitio autem ex diuisione ortum
habet hoc modo:rei que diffinienda sit genus disce
re oportet veluti quia genus hominis ē animal. De-
inde ipsum genus per proximas secare differentias
vsqz ad species descendendo veluti per rationale ꝛ
irrationale ꝛ mortale ꝛ imortale ita ꝙ si proxime dif-
ferentie cum genere coniungantur ex ipsis hominis
diffinitio constituit. Resolutionis autez species tres

Resolutionis species tres

sunt vna est ascensus a sensibilibus ad intelligibi-
lia prima: alia est a demonstratis ꝛ subdemonstratis
ad indemonstrabiles ꝛ imediatas propositiones re-
gressus: alia est a suppositione ascendens ad princi-
pia que suppositione non egent: ꝛ prima habet talez
naturaz veluti si a bono corporis transeamus ad ani
me bonum. Ab hoc autem ad bonum quod in legi-
bus est:deinde ad infinitū pelagus bonitatis:vt hoc
modo indagantes ipsum per se bonum reperiamur.
Secunda resolutionis species talis existit:suppone
re oportet id quod queritur ac contemplari que naz
sint illo priora atqz a posterioribus ad priora ascen-
dendo demonstrare donec per ventum sit ad primuz
atqz confessuz a quo rursus incipientē ad rez quesitā

per compositionis modum descendamus: veluti si
queramus. Nunquid anima sit imortalis hoc ipsum
supponentes: quero an semp mobilis deide hoc de
monstrato: iterum quero an id quod semper mobile
sit per se mobile quo demonstrato rursus quero an
per se mobile principium motus existat. Deinde si
principium an ingenitum: quod veluti pro confesso
habetur cum quod ingenitū est etiam incorruptibi=
le sit. Sūpto igr̄ ab hoc qd̄ ex se patet initio talis de=
monstratio cōponitur. Principiū ingenituz est ⁊ in=
corruptibile. Principiū motus est id qd̄ per se moue
tur. Anima aūt est per se mobilis: igitur ingenita icor
corruptibilis atqȝ imortalis est anima. Que autē per
suppositionem resolutio fit talis est. Qui aliquid in=
quirit idee supponit: deinde quid sequatur ad ipsuz
suppositū inspicit ac postmodū si sicut de suppositio
ne ratio afferenda aliam faciens suppositionē inqui=
rit: an id qd̄ prius supponebat ad aliam sequitur sup=
positionē ea nūqȝ inquisitōe cessante donec ad aliqd̄
principiū perueniamus qd̄ suppositione non egeat.
De inductione autem ⁊ syllogismis qbus ⁊ queād=
modum ⁊ alijs dialetices partibus vsus est Plato
plura subiungit. Alcinous que prolixitatis euitan=
de gratia pretermitto. Nec minus Proclus philoso

Proclus

phus eximius qui precipue Platonis dogmata ex=
coluit in primi libri elementorū Euclidis expositio=
nis prefatione ita de quatuor dialetices facultatibus
scribit. Sic dialetica philosophie purissima pars su=
per disciplinas proxime extenditur omnēqȝ illarum
continet inuolutionē atqȝ earūdem doctrinis varias
ex ipsa tribuit facultates que perfectiue sunt iudica
atqȝ intellectuales. Resolutiuā dico diuisiuam diffi=
nitiuam ac demonstratiuā a quibus adiute atqȝ per=
fecte he discipline que a grecis mathematce vocan=
tur: non nulla quidem per resolutionem inueniunt
non nulla per cōpositionem ⁊ alia quidem per diffi=
nitionem alia per moduz diuisionis ponunt: non nul
la aūt quesita per demonstrationes absoluunt hasce
facultates suis adoptātes subiectis singulisqȝ ad me
diorum vtentes cōtemplationem: quo fit vt in eisdez
disciplinis resolutiones diffinitiōes diuisiones atqȝ
demonstrationes sint proprie ac scd̄m modum disci
plinarum cognitioni congruentem reuoluantur. Re
cte igitur dialetica sepes disciplinarum appellatur.

Mathe=matice di=sciplīne q̃daȝ per resolutionez inueniunt quedā per cōpositio=nem

Dialetica sepes disciplinarum.

Hec sunt que greci auctores nō minus platonice q̄ȝ
aristotelice secte familiares de quattuor doctrinaruz
modis ⁊ varijs resolutionū significatis concordi fere
sententia scripsere. Illud autem in eorū scriptis dili=
gens lector animaduertet omnis eos quos cōmemo
rauimus auctores resolutiuam doctrinam demon=
stratiue ac reliquis duabus tāqȝ ab illis diuersam op
posuisse. Latini autem expositores Galeni in hoc om
nes cōueniunt q̄ doctrina resolutiua de qua Gale=
nus loquitur in p̄hemio artis parue sit doctrina de=
monstratiua. Sed vtrum hec vtatur eo demonstratio
nis genere que demonstratio porpter quid: an alte=
ro que demonstratio quia a Neotericis nominatur:
vt circa initia operis diximus: adhuc sub iudice lis
est. Et si v̄o non nulla q̄ supra ex veterū philosopho=
rum sententia sunt a nobis exposita: de eo resolutio=
nis modo quo a cōpositis ad simpliciora aut a poste
rioribus ad priora siue ab effectib⁹ ad causas ascendi
mus probare videantur illorū opinionem qui aiunt
doctrinam resolutiuaz esse demonstrationē que a re=
centioribus philosophis demonstratio quia nūcupa
Si quis tamen eorūdē veterū philosophorū non mo
do scripta: sed etiam intimos sensus diligenter subti
literqȝ scrutetur iueniet id omnes fere inuere: nō esse
veram demonstrationē nisi cum a prioribus que per
resolutionem inuenta sunt: ad posteriora cōponen=
do: procedimus: adeo vt vera comprobetur Gemini
sententia resolutionez nihil aliud esse nisi demonstra

Germin⁹ Themisti⁹ in postes.

tionis inuentionem: cui etiaz sententie astipulantur
verba Themistij in paraphrasi p̄mi libri posteriorūz
resolutoriorū aristotelis ita scribentis. Demonstratio
vero semper priora que secundū naturam sint prio=
ra desiderat: q̄ si ex prioribus secūdū nos demonstra
tio aliqua nectitur vt demonstratio appellari possit:
non tamen simpliciter sed secundū nos demonstra=
tio dicitur. Idem pariter simplicius adstruit: in ex=

Simplicium in primo phy.

positione primi libri aristotelis de physica ausculta=
tione. Ubi querit qualis sit cognitio que habetur de
rebus naturalibus ab his qui haruz principia ⁊ cau
sas ex cōpositis ⁊ iam confusis inuenerūt. Manife=
stum. n. esse inquit: q̄ cōiecturalis est huiusmodi co=
gnitio principiorū ⁊ non demonstratiua. Unde con=
cludit simpliciū Platonem recte physiologiam. i. re

Plato dixit phiam nālē eē cōiecturalez

rum naturaliū scientiam esse quandam icotologiā. i.
coniecturalem locutionem putauisse: cui etiam opi=
nioni inquit aristotelem cōsentire: qui illam que est
proprie demonstratio vult fieri ex imediatis ⁊ prin=
cipijs per se creditis ⁊ ex his que proprie sunt cause
⁊ natura priores. Neqȝ illud resolutionis genus quo
mathematici frequentissime vtunt ad aliud tendit:
nisi ad principiorū ex quibus demonstratio cōponi
tur inuentionem. Quare eijdem mathematici reso=
lutionem ac cōpositionem hoc modo diffiniunt. Re

Resol̄o ⁊ Cōpositio s̄z mathe.

solutio est assumptio quesiti tāqȝ confessi per conse=
quentia progrediens ad verum aliqd̄ atqȝ confessuz.
Compositio est assumptio confessi per consequentia
procedens ad quesiti cōprehensionem. Sunt autem
mathematicorū libri ⁊ precipue tertius decimus li=
ber elementorū Euclidis ex editione Theonis ⁊ re=

Euclidis. xiij.

solutionū ⁊ cōpōnū pleni. Iccirco Hali ī expōne ar

Hali

tis pue Galeni q̄ȝuis nō explicet q̄lis sit doctrina re=
solutiua qua vtuntur mathematici ait tamen: hanc
ipsam doctrinam esse mathematicis notam: quo qui
dem Hali testimonio frustra. Plusq̄ȝ cōmētator suā

Aduersus plusq̄ȝ cōmentatorē

de doctrina resolutiua opinionem tentauit asseuera=
re. Si. n. vt testatur Hali mathematici vtuntur resolu
tione siue doctrina resolutiua: non autē est apud eos
vsitata demonstratio quia sed potius propter quid:
hinc se colligere arbitratur idē. Plusq̄ȝ cōmentator
doctrinam resolutiuam esse demonstrationem pro=
p̄pter qd̄. Nos aūt ex his que supra exposuimus sa
tis constare arbitramur mathematicos ⁊ diuisionib⁹
⁊ diffinitionibus ⁊ demonstrationibus ⁊ resolutio=
nibus vti: nihilqȝ aliud apud ipsos esse resolutionem
nisi demonstrationis propter quid inuentionem nō
ipsam demonstrationem propter quid. Unum autez
mathematice resolutionis exemplum non grauarer
apponere: nisi scribendi fugerem prolixitatem in re
presertim quaz vnusquisqȝ qui mathematicorū disci
plinas vel mediocriter degustarit possit ex eorundez
mathematicorū libris per discere: vnde non possum

Aduersus cōciliatorē diff. octaua negātē mathematicos vti methodo resolutio

non parum admirari Conciliatorem qui habitus est
etate sua vt nostra quoqȝ habetur in mathematicis
scientijs vsqȝ ad necromātie suspitionē excellentissi
mus: ausuz contra Hali sententiam differentia octa=
ua pronunciare mathematicos non nosse doctrinaz
resolutiuam: vel si eam sciunt non tamen vti ea: qua=
re ait Halin suos sectatores in ignorantie barathruz

Proclus ⁊ Mathematicus excellētis.

detrusisse. At qui Proclus ⁊ Euclidis expositor: et omnium grecorum iudicio mathematicus excellentissimus testatur mathematicos non minus resolutiua q̃ reliquis alijs tribus dialetices facultatib⁹ vti. Queadmodū eiusdem auctoris verba que supra de quatuor doctrinis recitauimus apertissime ondunt: ac queadmodū etiam sine aliquo Procli testimonio mathematicorū libri pleni resolutionū ac cōpositionum: vt diximus: manifestant. Quocirca Hali vere potuit affirmare mathematicos ⁊ nosse ⁊ vti doctrina resolutiua: si modo eam potius esse demonstrationis inuentiuam q̃ demonstratiuam: vt nos ex veterum philosophorū auctoritate probauimus: intellexerit: alioquin conciliatorē non temere contra ipsuz inuehi in processu huius nostre disputationis concedemus:

Cōciliator nesciuit qd eēt resolutio mathematica

qui tamen conciliator ⁊ ipse visus est ignorasse ⁊ quid sit resolutio mathemathica ⁊ cur priores ac posteriores libri Aristotelis resolutorij noiati talem sortiti sine appellationem: que omnia nos in precedentibus ex sententia veterum philosorum abunde docuimus. Sed vt tandez ad principale nostri instituti propositum reuertamur ad ostendenduz scilicet que fuerit Galeni de tribus doctrinis ordinatis ⁊ de illa presertim quam dicit in prohemio artis parue ex notione finis inchoare ⁊ fieri secunduz resolutionem sententie: illud necessariū habemus adijcere ꝙ preter supra tactos resolutionū modos est quidaz

Alius resolutōis modus aristoteles 3° moraliū Sillogismus practicus.

alius qui vt testatur. Aristoteles libro tertio moraliū est resolutioni mathematice similis quem Galenus precipue methodum resolutionis nominat: quidam ex neotericis sillogismū practicū vocāt. Fit autē hoc modo: proponitur finis quem assequi intendimus: deinde inquiruntur illa per que eundem finez possumus attingere nunq̃ cessante inquisitione donec ad aliquod vltimū peruenerimus quod sit actionis principium. De tali resolutione simili illi quam diximus mathematicam appellari Aristoteles libro allegato loquitur in hunc modum. Nec sane de finibus consultamus sed de his que sunt ad finem. Medicus.n. non consultat an sanum faciat: nec orator an persuadeat neq3 gubernator reip. an bene instituat ciuitatē: neq3 aliorū quisquā de fine deliberat: sed posito fine queadmodū ad illud perueniatur considerat: ⁊ si per multa fieri posse constat per quod illorum facillime ⁊ optime fiat perquirunt: si vero per vnuz queadmodum per vnum fiat: ⁊ id rursus per quod donec perueniant ad primam causam quod in inuentione vltimum est. Qui enim consultat videtur querere ac resoluere predicto modo quasi diagrāma. Eiusdem resolutionis que a fine proposito sūmit initiū habetur

7° metha. ex.m resolōnis.

exemplum etiam apud Aristotelez libro septimo prime philosophie quam metaphysica.i. post naturalia nominant: vbi scribuntur hec verba. Fit autem sanū ita cogitāte scilicet medico. Qm̄ sanitas est tale quid necesse est si sanum futurum sit vt hoc adsit scilicet equalitas ⁊ si hoc caliditas: ⁊ ita semper ratiocinatur donec reduxerit ad hoc qđ ipse efficere potest. Hoc in loco Aristoteles vult ostendere quomodo fiat sanitas: non quomodo facta sit vt male exponit Auerois cōmētator qui dedit conciliatori errandi occasionem vt paulo infra ostendemus: ostendit inq̃ Aristoteles quomodo sanitas a medico restituat si quez contingat egrotare ita scilicet eodem medico ratiocinante.

Auerois dedit cōciliatori errādi occasionem

Si sanitas est equalitas calidorū ⁊ frigidorum oportet factam in his inequalitatem ad equalitatem peruenire ita ꝙ alterū non superexcedat alterum sed modice se habeat. Si vero debeat esse equalitas oportet vt adsit caliditas. Supponatur.n. frigiditatem supabundare. At si caliditatem adesse conuenit opus est frictiōe. Incipit ergo medicus a frictione quam facere potest: que quidez frictio vltima est secundū intentionem ad sanitatem ⁊ equalitatem ⁊ caliditatem collata. Primū.n. medicus mente concipit sanitatem deinde equalitatem deinde caliditatem vltimo loco frictionem: que tamen in opere primas partes habet. Primuz.n. frictio caliditatem: caliditas equalitatem: equalitas sanitatem: ⁊ hoc est illud quod dicitur ꝙ principiū operatiōis est finis cognitionis ⁊ principiū cognitionis est finis operationis: que postrema verba cōmuniter dicta vsurpat ēt cōmentator in huius loci expositione cōmento vigesimo tertio.

Aueroim Aduersus male exponentē verba Aristotelis.

Sed p̄ter hec verba reliqua expositio falsa est ⁊ sensuz Aristotelis omnino depravat: Neq3.n. proponit sanitatem quam medicus facere intendat sed iam factam supponit: neq3 equalitatez nominat quam adesse oporteat: si sanitas futura sit: sed fluxuz nature qui si fuit oportuit affuisse caliditatem ⁊ si caliditas afluit oportuit bibisse pharmacū seu laxatiuū vt vtar vocabulo quo Auerois: cum tamen Aristoteles in suo exēplo non de fluxu sed de equalitate qualitatem: non de pharmaco sed de frictione loquatur que faciens caliditatem facit etiam equalitatem: ⁊ consequenter sanitatem. Laxatiuum autem tam frigiditatem q̃ etiam caliditatem posse facere si nō per se saltez ex accidenti nemo medicus nescit: ex frictione de qua loquitur Aristoteles fieri caliditatem tam a vulgo q̃ etiam a medicis scitur. Non est autem admirandum si auerois expositio corrupta est: cum etiā translatio quam ipse exponit sit depravata: qđ vnusquisq3 poterit animaduertere qui translationem arabicam grece ꝯtulerit: que licet ⁊ ipsa barbara sit multo tñ fidelior est altera quā auerois sequut⁹ ⁊ ipse grauiter errauit ⁊ philosophos nr̄e etatis de illis loquor q non ei minorē q̃ aristoteli adhibent fidē tetra inscitie caligine obtenebrauit: mille.n. sunt huiusmodi loca: ne dicam decem milia apud Aristotelem male e greca in arabicam linguam translata ⁊ consequenter perperaz a cōmentatore declarata. Sed de hoc ipso loco libri septimi de prima philosophia non satis recte a Cōmentatore exposito etiā inferius loquemur vbi de conciliatore suaz ex Auerois expositione opinionez de doctrina resolutiua confirmante verba faciemus. Iaz ad id vnde digressi fuimus reuertamur.

De tali etiam resolutione que a fine concepto sūmit initiū facit mentionem Simplicius in expositione libri secundi Aristotelis de naturali auscultatione: vbi Aristoteles conatur ostendere quo pacto eodem fere modo in mathematicis ⁊ in his que a natura fiunt inueniatur necessitas.

Simplici⁹ i physicis de resolutione.

Verba autem simplicij locum illum exponentis hec sunt. Habere autem consecutio similitudinem si quis finem tāq̃ natura primum considerauerit: quoniā ⁊ propter hunc ⁊ materia est. Hoc autem ⁊ ipse Aristoteles confirmat ex artibus. Quispiam.n. statim ab initio concipiens vsum domus atq3 vtilitatem ⁊ prius figuram animo fingens sic apponit materiam: est.n. finis notio principiū speculationis sed non actionis.

Duplex p̄ncipium Actionis ⁊ speculationis Finis notio

Duplex.n. principium alterum speculationis alterum actionis ⁊ notio quidem finis est speculationis principiū. Quia egemus defensione ideo ⁊ tectum facere oportet: igitur ⁊ parietes ⁊ fundamenta: finis vero speculatiōis est principium actionis. Idem simplicius in expositione li-

bri predicamentoruz Aristotelis volens ondere quã prestet vtilitatem hic liber cuz ad totius philosophie tum ad artis logice introductionez. Declarat obiter ſm quam methodum fuerint omnes partes sillogismum demonstratiuum constituentes ab Aristotele inuente ſm methodum scilicet resolutiuam ⁊ eodez vtitur exemplo artis edificatiue in hunc modum scribens vtilis autem horum doctrina ad totius philosophice ⁊ logice tractatõis introductionem. Liquet n. ꝙ simpliciora ad elementationem sunt vtilia: propter quod ⁊ geometer a simplicioribus inchoans primum de triangulis deinceps de quadrãgulis docet ⁊ tunc de quinquãgulis ⁊ de alijs qui ordine sequũtur multangulis: ⁊ qui numerorum studium habent quid par quid impar atqz ita quid pariter par ⁊ quid pariter impar. Qd autem ad logicam tractationẽ vtilis sit simplicium vocum principiũ hinc manifestuz. Contemplatio ⁊ actio aduersum iter tenent: ⁊ enim contemplatio a fine incipiens via incedit ad principium. Actio autem a principio ad finez progreditur veluti in domo nam ipsius contemplatio vsum protinus concipit propter quem est domus ꝙ propter tegumentũ quod a ventis imbribus atqz estu deffendit: ⁊ quo modo hoc fieri possit considerans inuenit ꝙ sine parietibus tegumentum nequit subsistere: parietes autem sine fundamentis firmari nõ pñt. Sed neqz hec possibile est vt iaciantur nisi prius terra fodiatur ⁊ hic desinit vnde actio incipiens primum fodit terram deinde fundamẽta iacit ⁊ his superstruit parietes vltimo tectũ super imponit. Hic igitur etiaz mihi simile obserua. Sicuti.n. idigemus domo que nos tueaẛ ab ea quã venti ⁊ imbres ⁊ estus facit corruptione: ita ⁊ egemus demonstratione que prohibeat illam que vere fit a falso in contemplatione ⁊ a malo in actione corruptionem. Sicuti.n. in contemplatione opponitur vero falsum sic ⁊ in actiua philosophia maluz opponiẛ bono ⁊ aliquo egemus instrumento quo ipsa separet atqz distinguat: ne falsis pro veris ⁊ malis pro bonis incidamus. Hoc autẽ instrumentuz est demonstratio quod est examen vniuscuiusqz rei: neqz permittit nos debili forte vel veri vel boni similitudine decipi: sed omnia aperit ⁊ explorat Sicuti igitur domuz qualiter fiat cõsiderantes in terre fossionez desinimus: sic ⁊ demonstrationis generationez contemplantes quoniaz demonstratio aliquid alicui inesse dicit ⁊ aliquid non inesse alicui nõ simpliciter: sed ⁊ causaz apponens ob quaz insit vel non insit: manifestuz est ꝙ non est simplex oratio: sed pluriuz collectio ⁊ eius quod inest ⁊ cui inest ⁊ cause induas ad minimũ propositiões collecte. Nã qui demonstrat animã esse imortalez per mediũ hoc per se mobile ita dicit. Anima est per se mobilis: per se mobile est imortale: ⁊ ita sub infert Conclusionem ꝙ anima est imortalis: sillogismus igiẛ demonstratiuus est demõstratio. Sz quomodo disceremꝰ sillogismũ demonstratiuuz nisi prius discamus sillogismuz simpliciter: neqz.n. scribere hanc vel illaz formaz poterimus nisi antea simpliciter scribere didicerimus. Sillogismuz autez simpliciter quomõ contingit discere nisi ea ex quibus constat prediscamus. Hec autẽ sũt propositiões veruz ⁊ he ex nominibus sunt ⁊ verbis his quidez subiectis his vero predicatis: quare ⁊ horuz cognitio est necessaria ⁊ neqz vsqz ad has resolutio terminatur naz ⁊ has ipsas antecedit simplicium vocuz contemplatio: secunduz quaz omnia sunt nomina: quoniaz prima impositio tanqz nominuz existit. Cuz.n. necessariuz haberent homines res inuicẽ sibi significare quia a cõmuni distabant intellectione: huic quidez nomen corpus imposuerũt: huic vero dextruz: ⁊ alteri facere vel pati nunduz facta differentia secundũ quaz hec quidez subijciuntur hec vero predicantur ⁊ hec quidez consignificant tempus hec vero non. Accedit igitur vocuz simpliciuz contemplatio ⁊ ab his incipiendũ volenti facere demõstrationẽ. Conuenienter igitur a predicamentis incohamus quoniaz per ipsa ad orationez significatiuaz ⁊ ad res significatas introducimur a simplicioribus ad compositiora: naz post simplices voces quid nomen quid verbuz addiscimus deinde quid affirmatio quid negatio ⁊ que sint harum differentie que in libro de interpretatione docentur: deinde quid terminus quid propositio quid sillogismus ⁊ que sillogismorum species ⁊ quot in vnaquaqz figura ⁊ quot in singulis figuris modi fiant: que discimus in prioribus resolutorijs ⁊ ita ad demõstratiuaz venimus tractationẽ quaz posteriora resolutoria inscripsit Aristoteles. Recte igitur a libro predicamentoruz ⁊ logice tractationis ⁊ totius philosophie initiuz facimus: ⁊ ex his que dicta sunt habemus ordinez libri propositi lectionis. Sed ⁊ Galenus ipse de cuius opinione disserimus vsuz Methodi resolutiue libro vndecimo artis curatiue tali exemplo declarat. His igitur qui febrez sanare conantur necessariuz est putredinẽ amouere: q̃re due fiunt itentões altera a febre altera a putredine: vt qd qdez febris factuz iaz est cureẛ: qd vero iaz fit prohibeatur. Sz rursus alie due intentiones suboriuntur ⁊ iaz factaz putredinez auferre ⁊ eã que iaz fit prohibere. Hec autez que iaz fit causaz habet carentiaz transpirationis: naz nihil prohibet ita nominare clarioris doctrine gratia. Quare ⁊ ab hac due alie rursus erũt indicationes ⁊ qd iaz retentũ est euacuantibus ⁊ quod futuruz est vt retineatur prohibentibus: prohibebiẛ autez sanantibus nobis obstructionez cuius ⁊ ipsius id quod iam factuz est sanare oportet: quod vero futurũ prohibere. Sanabitur autez id quod factuz ab aperientibus prohibetur vero futuruz si humoruz influxũ qui obstructionez faciũt coerceamus. Quod igitur vltimuz inuentũ est ſz methoduz resolutiuaz hoc primuz facere oportet in curatione. Hoc est veruz exempluz doctrine resolutiue libro vndecimo capite decimo a Galeno positum ⁊ non illud quod scribit Conciliator differentia octaua ex eiusdez libri capite pmo ⁊ scdo sũptũ duz suã probare nititur opinionez: ꝙ videlicet doctrina resolutiua sit demonstratio quia ⁊ nõ propter quid: qui etiã Conciliator eiusdẽ probationis gratia citat Aueroim locuz illuz Aristotelis supra a nobis adductum in exempluz methodi resolutiue ex libro septimo de prima philosophia exponentez his verbis. Et cũ iste infirmus est modo sanus necesse est vt fluxus nature fuerit ⁊ si fluxus nature fuerit necesse est calorẽ fuisse ⁊ si calor est necesse est potasse laxatiuuz ⁊ hoc intendebat cuz dixit ⁊ si hoc est iaz fuit calor: ⁊ secũdũ hũc moduz dicemus vnũ post aliud.i. ⁊ sic dicemus vnũ post aliud secundũ dissolutionez scilicet incipiendo a posteriori ⁊ perueniendo ad primuz principiuz in cognitione. Deinde dicit ⁊ motus qui ex hoc est actio ⁊c.i. motus qui incipit ab vltimo in dissolutione ⁊ est compositio dicitur actio procedens ad sanitatẽ ita ꝙ accidat ꝙ sanitas que est extra animaz fit a sanitate que est in anima: ⁊ intendebat ꝙ esse sanitatis que est in anima est in compositiõe ad esse sanitatis

Simp. in pdicamẽtis

Resolutio

Galeni de resolõne exẽpluz in.xi. artis curatiue

Contra cõciliatorem

que est extra animam ⁊ hoc est illud quod dicitur ꝙ
principiũ operationis est finis cognitionis ⁊ princi=
pium cognitionis est finis operationis. Hec quidez
Auerois qui in aliquibus verbis plurimam ostendit
resolutionis a notione finis inchoantis cuz resolutio
ne mathematica similitudinẽ. Quẽ.n. motũ Aristote
les atqꝫ simplicius vocant actionẽ: vel factionem: cõ
mentator nominat cõpositionẽ quasi actio in agibi=
libus cõpõni in mathematicis ⁊ simpliciter in oib⁹
speculabilibus proportione rñdeat: verum in multis
ab Aristotele dissidet ⁊ sibi ipsi non consentit: nã po=
stremũ dictũ qd̄ est cõe dcm̄ ⁊ maxime Galeni li.xj.
artis curatiue quem antea allegauimus: ꝙ videlicet
finis cognitionis est principiũ actionis ƀm methodũ
resolutiuã: sicuti principiũ cognitionis est finis opera
tionis: hoc inq̃ꝫ oiuz ⁊ precipue Galeni dcm̄ verissi
mũ existit: cui tñ repugnant verba priora cõmentato
ris dicentis ꝙ in dissolutione vnũ post aliud dicitur
incipiendo a posteriori ⁊ ꝑueniendo ad primũ prin=
cipium in cognitione. Neqꝫ.n. in methodo resoluti=
ua quã Auerois dissolutionẽ noiat incipimus a po=
steriori: neqꝫ ab eo ꝑuenimus ad principiũ cognitio=
nis imo ꝯ incipimus a principio cognitionis qd̄ est
notio finis scd̄m simpliciũ donec ꝑueniamus ad vlti
mũ cognitionis qd̄ est principiuz actionis. Primus

Cogitatio

aũt ꝓgressus vocat ab Aristotele cogitatio siue vt ha
betur in greca translatione intelligentia. Scd̄m autẽ
factio ab Aueroi aũt vt diximus cõpositio. Quare ex

Conciliator male ꝑ se allegat Aristotelẽ libro septimo de prima philosophia

hoc loco Aristotelis libri septimi de prima philoso=
phia male meo iudicio apud arabes interpretato et
peius ẽt ab Aueroi cõmentatore expõ ꝯriũ elicitur ei
qd̄ vult hr̄e pro sua opinione astruenda Conciliator.
Illud.n. a quo icipit doctrina resolutiua qd̄ ƀm Ga
leni est notio finis siue principiuz cognitionis nihil
aliud est nisi finis mente conceptus: vt declarat Sim
plicius in verbis supra a nobis adductis ex expõne
libri scd̄i Aristotelis de physica Auscultatione exem
plo artis edificatiue. Ipse vero Aristoteles loco stati
antea allato ex libro libro septimo de prima philoso=
phia duobus exemplis altero artis medicinalis cu=
ius finis ẽ sanitas: altero artis edificatiue cuius finis
est domus siue eius vtilitas vt Simplicius i allegata
expõne declarat: quẽ finẽ vult idẽ Simplicius posse
considerari tanq̃ꝫ natura priorem his que sunt ꝓpter
ipsum: si eodem modo oino ⁊ in mathematicis ⁊ in
his que a natura fiũt debeat necessitas iuenri. Quã
necessitatis similitudinẽ videt Aristoteles i suis ver
bis que exponit Simplicius insinuare: quã ẽt simpli
cij expõnẽ confirmat Aristoteles libro scd̄o de parti

Aristoteles scd̄o ꝺ ꝑtib. aialibus.

bus animaliũ: vbi ƀm translationẽ Theodori scribit
hec verba. Sed cuz contra in gñatione atqꝫ essentia
agatur: que.n. posteriora sunt gñatione: hec natura
priora sunt: ⁊ qd̄ primũ est natura id vltimũ est gene
ratione: non.n. edes laterũ aut lapidũ gratia sunt sed
hec gratia edium petunt. In eandem sñiaz scribit ẽ

Simplicius an post ꝑdicamẽta

Simplici⁹ in expõne eorũ que post predicamẽta no
minãtur exponẽs quot modis dicatur prius atqꝫ po
sterius ƀm peripatheticoꝝ opinionẽ atqꝫ illũ quoqꝫ

Prius

inter alios adducit quo aliquid dicitur esse cõceptu
prius sicuti finis. Sunt aũt hec eiusdem simplicij ver
ba. Illud aũt qd̄ est ꝯceptu prius est sicuti finis quo=
niam preintelligimus finez sicuti tegumentũ ante pa
rietes ⁊ fundamenta ⁊ effossionẽ. Hoc igitur sub illa
ponetur que sũt priora tpe. Ipsius vero subsistere po
sterius est tpe substantia autẽ prius. Prima vero ƀm
substantiã que sunt perfectiora: qd̄ prioris significa=

Jamblic⁹

tum nõ videt mihi ꝑtermisisse Aristoteles vt Jambli
cus inquit: sed in quarto modo cõprehẽdisse in quo
honorabilius ⁊ optimũ ꝑmũ dicebat. Ex his Simpli
cij verbis apparet finez dupliciter ꝯsiderari: vel qua
tenus in mente est ⁊ sic notio finis siue ꝯceptus finis
noiat ⁊ hoc modo acceptus prior est tpe his que ꝓ=
pter finem esse dicunt: vel quatenus extra aiam sub
sistit ⁊ sic posterior est tpe: sed prior dignitate ac per=
fectione atqꝫ ẽt natura: vt verba Aristotelis manife=
stant: que quartũ modũ prioris in his que post predi
camenta vocant exponunt: sunt aũt hec. Adhuc ve=
ro melius ⁊ honoratius prius esse natura videt: hanc

Auicenna sexto methaphisice

ẽt duplicẽ finis ꝯsiderationẽ tangit Auicẽna sexto li=
bro eius opis qd̄ metaphysica inscribit ingens. Cau
sa finalis nõ est cã inuenta extra sed inuenta in inten
tione agentis. Quã Auicẽne sñiam ꝯfirmat Alexan=
der in expõne quinti libri de prima philosophia sta=
tim circa initia eiusdez libri vbi Aristoteles quot mo

Alexãder q̄nto methaphisice

dis principiũ dicatur exponit. Sunt aũt verba Ale=
xandri hec. Principiũ vocat.s. Aristoteles: finis ⁊ ꝓ=
positi cognitionẽ: Hoc.n. in agibilibus primũ princi
pium: ⁊ cã vt agibile fiat. Quare qd̄ scribit Concilia=
tor supra allata dr̄ia ex Boetij in topicis auctoritate
ꝙ finis ⁊ effectus idem sunt ⁊ vterqꝫ posterior de fine
q̄dem qui extra aiam subsistit ⁊ in idem coit cũ effe=
ctu illis ꝯcedemus ꝙ sit posterior ƀm tp̄s licet nõ se
cundum essentiam vel naturã: de fine aũt mente con
cepto qui notio finis siue ꝯceptus finis appellat qui
est principiuz speculatiõis vt ait Simplicius siue co
gnitionis vt Auerois loquitur minime assentiemur:
Hic.n. illa ẽt que ad finem extra aiam subsistentẽ que
runtur ne dum finem ipsuz quez assequi intendimus
tpe ꝓculdubio antecedit vel hoc ipsum Auerois ex
positõe ꝯfirmante que dicit ex intentione Aristotelis
sanitatem que est in aia esse in cõpõne ad esse sanita
tem que est extra aiam. Hic vero modus prioritatis
scd̄m tp̄s primus est atqꝫ precipuus iuxta Aristotelez
in eo tractatu quem diximus post predicamenta no=
minari. Ex his oibus volumus esse ꝯclusuz nõ posse
Conciliatorez ex eo ꝙ Galenus scribit in prohemio
artis parue doctrinã resolutiuã fieri ex notione finis:

Doctrina resolutiua incipit ex priori ⁊ nõ ex posteio ri non tamẽ eo modo quo putat Drusianus.

non posse inq̃ꝫ suaz asseuerare opinionẽ ꝙ doctrina
resolutiua sit demonstratio q꞉ cum ex eiusdem Gale
ni verbis ꝯriũ potius colligat eandem.s. doctrinam
ex priori non aũt ex posteriori ꝓcedere. Neqꝫ tamen
plusq̃ꝫ Cõmentator qui aduersam Conciliatori tenet
opinionẽ quicq̃ꝫ ex tali ꝯclusione lucrat: imo ex mul
tis que supra a nobis dicta sunt de notiõe finis ex au
ctoritate Simplicij: liquere põt quãtũ idẽ Plusq̃ꝫ cõ
mentator a vera Galeni sñia deuiauerit: nam sciẽdũ
Plusq̃ꝫ cõmentatoris expõnẽ notio finis sequit reso
lutionem. Scd̄z aũt Simpliciũ atqꝫ Galenũ vt ẽt ma
gis ac magis postea declarabimus notio finis ante=
cedit resolutionẽ: sed añq̃ꝫ vtriusqꝫ opinionis tam.s.
Plusq̃ꝫ cõmentatoris q̃ꝫ ẽt Conciliatoris falsitatẽ oñ=
damus prius est a nobis vera Galeni sñia aperienda
nam ex recto vt dici solet obliquum magis apparet.
Nos q̄dem hactenus de conceptu siue notione finis
generalius fuimus locuti. Si vero velimus ad opi=
nionem Galeni de doctrina a notione finis inchoan
te explicandũ ꝓprius accedere. Notio finis in ea ora
tione Galeni que statim ꝓponit in ꝓhemio artis par
ue in his verbis. Tres sunt oẽs doctrine que ordini
inherent: prima que fit ex notione finis scd̄m resolu=

Notio finis

tionem: hoc inq̃ꝫ qd̄ notio finis dr̄ arctius est accipiẽ
dum: nam Galenus de doctrinis loquens per notio

nem finis non quēlibet finem notum intelligit quem vnusquisqꝫ sibi aīo ꝓponit ⁊ assequi intendit: sed solum spālem finem alicuius artis vel scīe quā doctor intendit ꝯstituere atqꝫ obiter ꝯstituēdo docere. Per doctrinā aūt a notione finis incipientē ⁊ factam ꝯm resolutionē non methodū aliquā siue doctrinalē modum ex illis quattuor apud veteres celebratis de q̄bus nos ab initio latissime scripsimus idē Galenus videtur accipere: sed quādā aliam sui generis doctrinam que ab ordine potius quē in docendo seruat q̄ꝫ a modo docendi vel diuisiuo vel resolutiuo vel diffinitiuo vel demonstratiuo suam recipit denoīationē: Neqꝫ.n. ideo resolutiua dicit quia vel resoluere doceat vel resolutionibus frequenter vtatur: sed quia sequitur ordinē resolutionis a notione finis inchoantis vt postea plenius sumus ostensuri. Nā prius illud opꝫ declarare q̄uo Galenus velit vnāquāqꝫ scientiā vel artem propriaꝫ h̄re ex sui finis notione ꝯstōnem: hinc.n. ⁊ vna aperietur sensus illoꝝ verboꝝ que in antiqua translatiōe scribuntur in hūc modū. Nemo tñ ante nos scripsit eam que ex notione finis incipit ex qua oēs artes ꝯsistūt ꝯm rōnē. Que verba male intellecta magnā dedere duarū opinionū ꝯtrariarū assertoribus inuicē altercandi occasionē vtrisqꝫ studentibus hoc oēs artes ꝯstituendi munus doctrina ascribere demonstratiue: sed alteris demōstrationi ꝓpter quid alteris demonstrationi q̄ a Iunioribus philosophis vocitate. Galenus in libro cui titulus est. Nunquid salubre ꝑtineat ad artem medicinaleꝫ vel gymnasticā siue athleticā: volens ōndere q̄uo vnaqueqꝫ ars a suo fine propriaꝫ hꝫ ꝯstōnem scribit hec verba. Manifestū igitur ꝙ neqꝫ ex materijs opꝫ artes iudicare: neqꝫ.n. si quis alias q̄dem cōes māṡ ⁊ vt q̄spiaꝫ diceret scđm accn̄s alias ꝓprias ⁊ ꝓximas vnicuiqꝫ arti supponens: quatenus q̄dem naturale est corpus nr̄m diceret esse scīe naturalis materiā: quatenus vero sanabile medicinalis. Quatenus vero optimo habitu preditum gymnastice neqꝫ sic aliq̄s ex alio q̄ꝫ ex fine artes distingueret: dicere.n. hoc aliq̄d corpus eē sanabile est eius qui finem cognoscat. Neqꝫ vero si quis ex theorematibꝰ artes distiguat ac separet aliūde potentia icipit q̄ꝫ ex fine: propria.n. vniuscuiusqꝫ artis theoremata sunt que q̄spiaꝫ cognoscens iuuat ad fine. Nāꝫ ⁊ in grāmatica ⁊ in arte fabrilli ⁊ in musica ⁊ quauis aliarū quecūqꝫ vel ipm̄ finē manifeste vel id ipm̄ q̄d melius vel citius afferre possunt ꝓpria sunt artis. Quecūqꝫ vero nihil iuuant ad finis factionem hec propria non sunt. Undequaqꝫ igitur ratio iubet ad finem venire ⁊ per hunc artes iudicare: propter hunc.n. ⁊ per actiones vniuersales ⁊ per ꝓpria theoremata atqꝫ principia siq̄dem ⁊ hec ipsa variantur ꝯm fines artiuꝫ. Sanitas.n. finis est: ipsa vero in calidis frigidis humidis ac siccis: in his vero ⁊ materie principiū ⁊ speculationis principiū circa horum noticiam. Sed non eodē modo: medico ⁊ naturali: hoc ipm̄ vero ꝙ non eodē modo a fine scientiarū cognituꝫ fuit ac diiudicatū: ⁊ ꝯuenienter semꝑ rō adinuenit finem regulam atqꝫ iudiciū oīum que tractanꝫ in artibus: naꝫ vniuscuiusqꝫ artis ꝯstō. Hinc sumpsit initiuꝫ. Neqꝫ.n. quispiam artem medicinalē ꝯstituere ꝓperasset si prius sanitatē non desiderasset: neqꝫ artem edificandi domū nisi domū appetisset: neqꝫ textoriam nisi vestem ꝯcupisset: sed ⁊ que oēs artes inuenit hinc sumpsit initiuꝫ. Ostensum aūt est alibi q̄uo q̄spiam fine presupposito artem eius ꝯm methohū.i. viam quādā atqꝫ ordinatū ꝓgressum adinueniret: et

Snia Galeni de doctrina resolutiua

Gal. in libello scripto nūq̄d salubre sit artis medicinalis vel gymnastice

Ex fine vnāquāqꝫ artē ꝯsistentiā h̄re

primū opꝫ in illo libro exercitari qui vult ad vnguem ea que hic scribimus intelligentia cōprehendere: nā manifeste discet ꝙ ambe medicine partes salubris.s. ⁊ curatiua sub eandem cadunt ꝯtemplationeꝫ. Hec Galeni verba aperte declarāt q̄d sit notio finis apud ipm̄.s. finis artis alicuius mente ꝯceptus ac desideratus ⁊ q̄uo sumpto a notione finis initio oēs artes secundū Methodū.i. viam quādaꝫ atqꝫ ordinatū progressuꝫ ꝯstituunꝫ: nam fine artis semel cōstituto atqꝫ ꝓposito inueniunꝫ principia ac theoremata eiusdeꝫ artis per relationē ad finem. Ut.n. Galenus inquit: finis: est regula ⁊ examen oīuꝫ que i quauis arte aut scīa tradunꝫ. Illa.n. principia atqꝫ theoremata artis esse dicunꝫ que ad fineꝫ eius artis vel facilius vel citius assequendū vtilia sunt: alioquin si nullū prestarent ad finem artis vsum nec theoremata q̄deꝫ vt ait Galenus in libro qui de optima doctrina inscribiꝫ: dicerenꝫ. Ex eisdem ēt Galeni verbis nobis aperiꝫ sensus illoruꝫ que in prohemio artis parue ꝯm antiquam translationē grecam ita scribunꝫ. Nemo tñ ante nos scripsit illam.s. doctrinaꝫ que ex notione finis icipit ex qua oēs artes ꝯsistunt ꝯm rōnē: in qua trāslatione nulla ambiguitas esse pōt si leges grāmatice sequimur que volunt verbuꝫ relatiuū referre illud q̄d statiꝫ antecedit: nulla inq̄ꝫ dubitatio esse pōt quin relatiuum qua referat notionē finis que ꝓximior est: ⁊ non doctrinā vt cōiter oēs medici Iuniores referri putarunt. Unde semetipsos in iextricabiles difficultates iniecerunt: querentes q̄ sit illa doctrina ex qua oēs artes ꝯstituanꝫ. Nos autē ⁊ si fateamur oēs artes a suo fine propriaꝫ h̄re ꝯstōnē: hoc ipm̄ nō vno in loco sed pluribus Galeno testificāte. Nā ⁊ in libro qui inscribiꝫ de ꝯstōne artis medicinalis clarissima voce ꝓnunciat ex veterū philosophoꝝ snīa vnicuiqꝫ arti fieri a suo fine ꝯstōnē: ⁊ vt primo libro artis curatiue ēt ex propria asseuerat: oēs artes que ꝯm aliquā methodum.i. viam atqꝫ ordinatū ꝓgressum ꝯstituuntur: notionem finis sue ꝯstitutionis h̄re principiū. Licet inq̄ꝫ nos hoc crebruꝫ Galeni dictum verissimuꝫ esse ꝯcedamus: non tñ cogimur assignare que naꝫ sit illa doctrina ex tribus in ꝓhemio artis parue a Galeno numeratis cuius hoc munus existat oēs artes constituendi: cum non dicat Galenus inibi doctrinam ex notione finis incipientē oēs artes ꝯstituere: sed soluꝫ a notione finis a qua doctrina incipit que fit ꝯm resolutionem oēs artes ꝯsistere siue ꝓpriam h̄re ꝯstōneꝫ: quasi voluerit isti doctrine vel ex hoc ipso quādā dignitatem corrogare: ꝙ inde sūmat initium vnde oēs artes atqꝫ scīe suam habeant ꝯstōnē ⁊ si ipsa aliq̄ꝫ artem non solum doceat: sed ēt inueniat atqꝫ cōstituat ꝙ hoc habeat ex eo vnde sūmit initiū ideꝫ Galenus nobis studuerit insinuare: aut forte Galenus cuꝫ primum dixisset se alibi.i. in libro de ꝯstōne artis medicinalis scripsisse doctrinā que incipit a notione finis per verba sequentia: a qua.s. notione finis oēs artes ꝯsistūt nobis intenderit declarare non solum artem medicinalem sed oēs alias ꝓpriam h̄re ex suoꝝ finiū notione ꝯstōnē. Plurimū aūt interesse censeo an dicatur ex doctrina a notōe finis inchoante: an ex ipsa notione finis oēs artes constitui: nam de notione finis nulla pōt esse cōtrouersia: si verba Galeni que ex libro cui titulus est. Nūq̄d salubre ad artem attineat medicinalem vel gymnasticā: Paulo supra allegauimus sane intelliganꝫ. Sed nūq̄d illa doctrina que incipit a notione finis ⁊ fit ꝯm resolutionē possit omnes artes atqꝫ scientias ꝯstituere atqꝫ eodem ordine quo

Quid sit notio finis ꝯm Gale.

Theoremata artis

Galenus i libro d optima doctrina

ab ipsa ꝯstituunt edocere ⁊ quo noīe hec ipsa doctri
na fuerit a veteribus īsignita. Hec ē illa questio que
Juniores medicos atq̄ phos miserabiliter perturba
uit: ⁊ que inter eos magnā discordiā ⁊ qͦddā veluti ci
uile bellū suscitauit: frustra tñ ab ipsis susceptū: quā
do qdem Galenus vt diximus sicuti alijs in locis q̄z
plurimis ita ⁊ in ꝓhemio artis parue non ex doctri
na aliqua ordinata que resolutiua vocatur: sed tm̄ ex
finis notione dixit oēs artes ꝯsistere: siue ꝓpriam hr̄e
ꝯstōnē. Sz nihil refert inquiet aliquis siue Galenus
dixerit ex notiōe finis oēs artes ꝯstitui siue ex metho
do aliqua que semper a notione finis sumit initium.
Qualis est illa que ab eodē Galeno libro vndecimo
artis curatiue methodus resolutiua noiat: scd̄m quā
illud qͦd est primū in opere est vltimū in inuentione.
Uideo.n. aliquos ex his Galeni verbis maxime mo
tos credere Hali in sua artis parue expōne asserenti
hanc esse illam methodū quā etiam Galenus innuit
in ꝓhemio artis parue cū ait. Primā fieri doctrinaz
ex notione finis ꝺm resolutionē quā pariter doctrinā
putat Hali esse demonstrationē q̄r: sicuti alteraz huic
oppositā que fit ꝺm cōpōnē inuentoꝝ per resolutio
nem esse demonstrationē ꝑꝑ quid: atq̄ ideo ait idem
Hali iccirco voluisse Galenuz de his duabus doctri
nis atq̄ vna de diffinitiua facere i ꝓhemio artis par
ue mentionē vt nos ad discendā artem dialetice in
uitaret. Sz qualis erit ista exhortatio? q̄ñqdem si vera

Cōtra Haly

sit expō Hali tres idem Galenus nobis totius diale
tices. i. artis logice: sustulit partes ⁊ vnā tantū scilicet
demonstratiuā noiauit: nam diffinitiua de qua ipse
loquit diuersa est ab ea que alijs tribus artis logice
partibus a priscis phis annumerat. In nullo igit nu
mero Galenus habuit neq̄ veram diffinitiuaz neq̄
diuisiuā neq̄ illam que ꝓprie dr̄ resolutiua que op
ponitur diuisiue: quas duas. s. diuisiuā ac resolutiuaz
Plato voluit esse duas precipuas dialetice ptes: qua
rum altera docet vnū in multa partiri: altera vnuz in
multa colligere. Quas ēt duas Plato sentit ⁊ in dia

Plato in Phedro ⁊ Philebo duas ptes dialectice maxime extollit diuisiuam ac resolutiuā

logo qui dr̄ Phedrus ⁊ in altero etiā qui Philebus
noiat ad artiū ꝯstōnē eē maxime necessarias. Tacuit
ergo Galenus ꝺm Hali expōnē non solū Platonis
cuius alioquin magnū se vbiq̄ imitatorē oñdit reso
lutiuā: sed illam etiā qua mathematici vtunt que ob
id resolutio mathematica noiat: de qua nos supra in
ter alias resolutionū species fecimus mentionē. Si
vero Hali existimat vt sane videtur existimare in sua
expōne: hanc mathematicā resolutionē esse demon
strationē q̄r: magno est in errore ⁊ iure ob hunc a Cō
ciliatore reprehendit: ꝙ multos in barathrū ignoran
tie detruserit: nisi ꝙ ⁊ ipse Conciliator in idez incidit
barathrū in altera parte assentiens Hali ꝙ doctrina
resolutiua de qua Galenus loquit in prohemio artis
parue sit demonstratio q̄r. Hāc.n. opinionez partim
satis antea falsaz ostendimus partim magna sumus
in sequentibus destructuri. Quicqd aūt sit doctrina
resolutiua de qua recentiores medici inter se tātope
re digladiarunt: siue demōstratio q̄r: siue ꝑꝑ qd: siue
sui generis doctrina qua vnū post aliud querit quaz
est vbi Galenus methodū resolutiuā noiat: harū nul
la seorsum pōt oēs artes ꝯstituere atq̄ doceret: vnde
merito dicatur doctrina ex qua oēs artes ꝯsistant ꝺm
rōnē. Q aūt hec verba vere dici possint de notione
finis satis est antea ex varijs Galeni locis declaratuz
qbus etiā illa ꝯsonant que a recentioribus phis con
ceduntur. A fine principali scie ⁊ precipue practice
sūmi principia eiusdez scie: sed idem finis est primuz

scie subiectuz de quo loquit Aristoteles quarto libro
prime phie his verbis: vbiq̄ primi proprie est scien

Aristo. 4° methaph.

tia ex quo alia dependens ⁊ ꝑꝑ qͦd dicunt: hoc gre
ci auctores Scopon appellant: quasi metam vel si

Scopos

gnum dicere velint. Translatū.n. est nomen a sagitta
rijs. Naz sicuti hi signū hn̄t ante oculos ad qͦd inten
dunt sagittas ita doctor artis vel scie ad finem aliquē
respicit ⁊ eius gratia illa scribit quecūq̄ scribit. Quā
libet aūt artem vel sciam suam capere a proprio fine
ꝯstōnē ⁊ ab alijs distictionē vt Galenus sentit verissi
mum existit: non solū in scientijs practicis: sed etiam
speculatiuis qm̄ ⁊ he per suos fines specificant. Ut
declarat ex verbis Aristotelis libro primo prime phi

Ari. p̄ metha.

losophie vbi volens ostendere quid sit sapientia: ait
eam esse veritatis ꝯtemplatricē: quem locū expōnēs
Alexander in hunc moduz scribit. Cum visus fuisset

Ale. p̄ metha.

veritatis noīe in phia nūc ꝙ rōnabiliter ita vocatur
ostendit. ꝙ.n. phie noīe intelligat speculatiuam per
ea que subinfert declarat inquiens: speculatiue.n. fi
nis est veritas: ⁊ adhuc magis istius illa pars que de
primis principijs agit ⁊ causis que oīno a sensu sunt
separate ⁊ sua natura entia quaz sapientiā nominat.
Qͦd aūt prius dixerat hoc modo ꝓbat quū finis phie
speculatiue sit veritas: a fine aūt proposito vna queq̄
methodus specificet ⁊ essentiā habeat ꝯuenienter a
veritate ipsa noiat. Hec.n. ipsius est finis: hec quidē
Alexāder. Si qs vͦo obijciat aliquas esse scias specu

Obiectio

latiuas veluti mathematicas que fine careant: huic
quoq̄ obiectioni occurrit Alexander in alia expōne
libri de prima philosophia de eisdem mathemati
cis faciens mentionē atq̄ ita scribens. Adhuc autez

Bonū agibile ⁊ speculabile

non omne bonuz sua natura agibile est cum sit aliud
bonū agibile aliud speculabile ⁊ nō agibile qͦd est in
mathematicis: nam circa ea veritas bonum existens
ipsis est finis. Ex qbus verbū Alexādri idem pōt col
ligi qͦd etiaz habet ex libro Galeni supra allegato cui
titulus est. Nūqd salubre attineat ad artē medicina
lem vel gymnasticā drias specificas per quas scien
tie inuicem distinguūt a fine accipi: quo fit vt de ea
dem re etiā varie scie ꝯsiderēt: sed diuerso modo ꝑꝑ
suoꝝ finiū diuersitatez. Ut.n. inquit Aristoteles libro

Aristote. p̄ moralium

primo moraliū faber qdem ac geometer differenter
rectuz perquirūt: alter quantū ad opus vtile est: alter
quid sit ⁊ quale: ꝯtemplator.n. veritatis. Si ergo vna
queq̄ scia a fine ꝓprio suam hz essentiā qͦd vult Ari
stoteles ꝺm Alexandri expōnē cōuenienter vt Gale
nus sentit a fine noto siue subiecto ꝺm formalez eius
rōnē que a fine sūmit scd̄m ipsuz ꝯsiderato illa sūmūt
que faciūt ad eiusdē artis ꝯstōnē. Et hec ipsa p q̄ndā
modū resolutionis inueniunt sicuti ēt per resolutio
nem: quā qdam recentiores syllogismū practicū vo
cant fine semel ꝯstituto illa pergrimus que ad eūdez
finem assequendū sunt necessaria: non tñ ꝓpterea cō
cedimus id qͦd in sua expōne Hali videt cōcedere:
doctrinā resolutiuā de qua Galenus in ꝓhemio ar
tis parue primū facit mētionē esse methodū que ali
bi a Galeno methodus resolutiua: a neotericis autē
aliqñ syllogismus practicus noiat. Naz licet hac me
thodo vtatur ad inuenienda illa que artem ꝯstituunt
vtitur nihilominus ⁊ alijs. s. ⁊ diuisiua ⁊ diffinitiua ⁊
demonstratiua tam que ex prioribus q̄z que ex poste
rioribus demonstrat: queadmodū discere lz legenti
bus librū de ꝯstōne artis medicinalis in quo Gale
nus scripsit doctrinā ex notione finis inchoantē ⁊ fa
ctaz ꝺm resolutionē quā ob id resolutiuā noiant. Qͦd
etiam animaduertit nō minor pene phs q̄z medicus

Ugo senē-
sis.

Ugo senensis qui vt de se ipo fatetur in expōne pro
hemij artis parue duas que suo tpe erant celebrate
sicuti ⁊ nostro quoqꝫ sunt secutus est de doctrina re-
solutiua ⁊ cōpositiua opiniones: mox cū ad eius ma
nus puenisset liber Galeni de ꝯstōne artis medicina
lis in quo Galenus doctrinā facit resolutiuā easdeꝫ
opiniones pro falsis ⁊ minime Galeni snie ꝯgruenti
bus repudiauit. Sed lꝫ Ugo fateatur diuisiones re-
solutiones diffinitiones ⁊ oīs generis demonstratio
nes ad eaꝫ admitti doctrinā que resolutiua noiatur.
Nō tñ cur magis resolutiua noiet̄ q̄ꝫ vel diuisiua vel
demonstratiua ⁊ qui differat qui ve ꝯueniat cū alijs
duabus.s.cum cōpositiua ⁊ diffinitiua satis explica
uit que oīa in p̄ntiaruꝫ declarare aggrediemur. Nos
doctrinā resolutiuā non a docendi modo vt Junio-
res medici sunt ꝯopinati: sed ob ordine potius quem
in docendo seruat sortitā hāc appellationē existima-
mus: q̄ꝫq̄ꝫ Galenus non resolutiuā dicat: sed factam
ſm resolutionē. Unde illam medici Juniores resolu
tiuaꝫ appellarūt. Sicuti.n. doctrina diffinitiua apud

Diffiniti-
ua doc.
Unde di-
catur doc-
trina reso-
lutiua Ga
leni.

Galenuꝫ dicitur vt testatur etiam Plusq̄ꝫ cōmenta-
tor non qꝛ diffinire doceat vel qꝛ ipsam diffinitioneꝫ
ꝯcludat seu qꝛ semper diffiniendo ꝓcedat: ita doctri
na prima resolutiua ideo vocatur non qꝛ doceat re-
soluere vel quia resolutōibus frequenter vtatur: sed
quia in docendo sciam aliquā seruat ordinem illorū
que per resolutionē a notione finis incipienteꝫ inue-
niuntur: quem q̄dem ordineꝫ seruati a Galeno vide-
mus in libro de ꝯstōne artis medicinalis cuius libri
doctrinā dicimus esse resolutiuā. Primū.n. que sit fi
nis notio declaratur sanitas.s. deinde querit̄ per viā
resolutionis que sint ad faciendā vel cōseruandam
sanitatē necessaria ⁊ primū occurrit ꝙ cognitio cor-
porū sanoꝝ: ⁊ egroꝝ habenda est. Hec igitur q̄uo ha
beatur primo loco docetur. Quia vero corpora sana
egent ꝯseruatione: egra aūt curatione: sed maior ne-
cessitas vrget ad corpus egrum pristine sanitati resti-
tuendū q̄ꝫ ad sanū ꝯseruādū. Ideo methodus curati
ua que est vna ex principalibus partibus artis medi
cinalis omnibus alijs in docendo preponit̄. Sed qꝛ
hec pars medicine curatiua nō pōt exerceri sine alte
ra parte eiusdeꝫ artis que pars diagnostica greco vo
cabulo noiat̄: qꝛ per ipsas singulos morbos presertiꝫ
intrinsecos atqꝫ latentes docemur cognoscere: ideo
post curatiuam diagnostica scdo traditur loco. Quia
etiam pars altera artis medicinalis que ꝓgnostica a
grecis noiat̄: non mediocreꝫ prestat ad curādas egri
tudines vtilitateꝫ. Iccirco ⁊ ista post diagnosticā suo
loco docetur: atqꝫ ita oēs alie eiusdeꝫ artis medicina
lis partes vel principales vel principaliū cōstitutiue
quo ordine per resolutionē inueniunt̄ eodeꝫ etiaꝫ in
libro quem diximus de ꝯstōne artis medicinalis in-
scripto a Galeno tradunt̄. Pars vero sanitatis ꝯser-
uatrix cum sibi adiacentibus ob id vltimo loco doce
tur: ne interim ordo partiū que ad ꝑtem curatiuā re-
cte exequendā ꝑquirunt̄ interrūpat̄. Sed nihilomi-
nus ⁊ ipsa methodus sanitatis conseruatrix sicuti ⁊
oēs alie per relationē ad finem inuenit̄ atqꝫ docetur:
nam quecūqꝫ in eo libro scribunt̄ principiuꝫ habent
seu cām gratia cuius quā greci Scopon appellant:
sanitatem. Ad haruꝫ aūt oīum ꝑtium artis medicina
lis ꝑfectam doctrinaꝫ tradendaꝫ oīa afferunt̄ instra
opportuna ⁊ diuisiones.s.⁊ diffinitiones ⁊ demōstra
tiones tam ex prioribus q̄ꝫ ex posterioribus quicq̄ꝫ
probantes: sicuti materia subiecta vel harum vel illa
rū est capax demōstrationū: que etiā instra ad easdeꝫ
partes artis medicinalis edocendas sub alio tamen
ordine in doctrina diffinitiua adhibentur. Neqꝫ.n.
tres doctrine de q̄bus statim in ꝓhemio artis parue
Galenus facit mentionē modis docendi differunt:
sicuti Juniores medici intellexerūt: sed ordine po-
tius: naꝫ per doctrinā que actio est doctoris in disci
pulū possumus tam ordineꝫ eorum que docentur q̄ꝫ
modū ipsuꝫ doctrinaleꝫ intelligere. Sed ꝙ Galenus
in his verbis prohemij allati Tres sunt oēs doctrine
ordine potius q̄ꝫ modos doctrinaꝝ nobis insinuaue
rit: declarant alia verba que statim subiungunt̄.s.or-
dinem habentes: vel que ordini inherent scōm nr̄aꝫ
translationē. Qꝛ si Galenus illuꝫ habuisset intellectū
queꝫ ex verbis eius medici Juniores exceperūt: au-
ctore Hali ac Plusq̄ꝫ cōmētatore qui in hac expōne
sequitur Hali ꝙ videlꝫ doctrina ordinaria sit illa per
quā extrahitur quesitū vel per quā res esse certificat̄:
talibus.n. ipsi vtunt̄ vocabulis: tunc Galenus ad do
ctrinas quas inuebat non illa verba: ordineꝫ hn̄tes:
addidisset: sed potius hec: scire facientes: q̄ꝫq̄ꝫ ⁊ hec
forte frustra fuissent adiecta: cuꝫ sit nulla doctria que
scire non faciat qualiscūqꝫ sit illa sciētia siue certissi-
ma siue minꝰ certa ⁊ quodāmodo ꝯiecturalis. Qua
re qui per doctrinā ordinariaꝫ modū doctrine intelli
gunt ex quo extrahitur quesitū: huic significatui tam
greca lingua in qua Galenus scripsit q̄ꝫ etiam nostra
repugnante in eandem ⁊ ipsi cadunt dubitationem

Dubᵒ cur
Gal. doc.
dixerit or-
dinarias.

cur Galenus doctrinas dixerit ordinatas vel ordina
rias (sic.n. ipsi loquunt̄) cum nulla sit exordinata vel
inordinata.i. que nō certificet aliquomodo quesitū.
Huius aūt dubitationis Plusq̄ꝫ cōmentator dupli-
cem affert solutionē scribens in hunc modū. Cuꝫ aūt

Solu. mo
naci

Galenus dixit tres sunt doctrine ordinarie suppone
re videtur aliquas esse inordinarias: aut fortasse dixit
tres sūt doctrine ordinarie ad similitudinē eius ꝙ di-
citur spondiles dorsi: nō.n. hoc dicitur quia alibi sint
spondiles q̄ꝫ in dorso: sed modus hic loquendi po-
tius innuit ꝙ dorso sunt ꝓprie. Similiter ibi fortasse
non dicitur ꝙ tres sint doctrine ordinarie.i. alie que
dam sint inordinarie: sed quia doctrinis ꝓpriuꝫ est or

Aduersus
Monacū
male expo
nentē Ga-
lenum.

dinem habere. In hac prima solutione Plusq̄ꝫ cō-
mentator non videtur meminisse Galenū fuisse me-
dicum atqꝫ pħm nō aliqueꝫ e numero poetarū quos
decent figurate locutiones: vt cum dicunt sydera ce
li: cum tñ sydera nullibi sint preterq̄ꝫ in celo. Nam
per eandem figuram que Pleonasmos noiat̄: putat
Galenū vel alterū medicū minime barbarū aliquan
do dicere spondiles dorsi cum tñ in nulla alia parte
corporis preterq̄ꝫ in dorso spondili.i. vertebre quas
ipse spōdiles corrupto vocabulo noiat sint. Simili er
rore vel aliquanto maiore paulo post in eodem ꝓhe
mio artis parue Plusq̄ꝫ cōmentator ait Galenū ver
ba illa de suis libris q̄bus expedit vt ad tres doctri-
nas ꝑ figurā hipalagen ꝓtulisse: vt sit sēsus. Ad quos
expedit vti tribus doctrinis. Ex qua expōne Plusq̄ꝫ
cōmentator licet nobis ꝯiectari ipm q̄deꝫ forte fuisse
vel medicū vel pħm egregiū: parū tñ habuisse bona
rum litterarū eruditionē: vt qui nescierit figurā Hipa
lagen a grāmaticis dictam neqꝫ oratoribus nedū me
dicis atqꝫ pħis licitam sed solis poetis esse cōcessaꝫ:
qui cogente metri necessitate quādoqꝫ dicunt dare
classibus austros.i. dare classes austris. Sꝫ obsecro il
los qui barbaraꝫ vel medicinaꝫ vel pħiaꝫ ꝓfitent̄ ne
tantam credant affuisse Galeno viro in sua lingua di
sertissimo loquēdi imperitiā: ꝙ ordinariū pro scien-
tifico dixerit: ⁊ ꝙ in suis sermonibus quos de medi-

cina scr ipsit adeo frequenter figuris vtatur qua etiaz oratores tam greci quam latini cauent : cuz presertiz possimus eosdem Galeni sermones sine vlla figura conuenienter exponere. Nam sphondilos dorsi sicu bi Galenus dicit non per figuram pleonasmum di= cit : sed ad ostendendam differentiam inter hos et septez sphōdilos colli ꝛ alios quinqꝫ qui ad lumbos attinent. Sunt eniz omnes sphondili.i. vertebre nu mero viginti quattuor septem colli duodecim dorsi quod aliquando Galenus noton.i.dorsum aliquan= do metaphrenon.i. post precordia nomiat ꝛ relique qnqꝫ ad lumbos vt diximus attinentes. Quomodo autem intelligantur illa alia verba prohemij:quibus expedit vti ad tres doctrinas recte vt iacent sine obli qua figuratione in sequentibus declarabimus. Alte ram affert supradicte dubitationis solutionē Plus= quācommentator his verbis. Aut re vera supponen= do aliquas iordinarias vocat omne id quo quoquo modo aliquid certificatur esse doctrinam vt topicam inductionem ꝛ exemplum ꝛ diuisionez ꝛ descriptio= nem:in quibus sine dubio non attenditur ordo cum certificent rem per ea que sunt extranea a re ipsa nec sunt verissime doctrine quia nō extrahitur per ipsas quesitum ex necessitate. Hec solutio illam quam an= tea notaui barbariem pre se fert:quia vult per ordina rium intelligi id quod rem per propria ꝛ non extra= nea certificat. Excludit etiam doctrinam diuisiuam a numero doctrinarum veraruz quo nihil potest esse Galeno qui Platonicus fuit contrarium magis:sed de hoc postea latius differemus quum illorum opi= niones qui falsis falsa sunt coacti defendere refelle= mus. Excludit etiam topicam inductionem ꝛ exem= plum quas Aristoteles in principio librorum poste= riorum resolutoriorꝫ pro veris doctrinis computat. Alioquin modo ex his quoqꝫ sicuti ex scientijs ma= thematicis traheret argumentuꝫ ꝙ omnis doctrina ꝛ disciplina intellectiua ex precedenti fiat cognitio= ne : neqꝫ .n. ad rationem vere vel verissime doctri= ne exigitur vt omnia ex necessitate probet. Alioquin neqꝫ grāmatica:neqꝫ scientia moralis imo neqꝫ me= dicinalis essent vere doctrine : qnoniam grāmatica non rationibus:sed solis constat auctoritatibus:mo= ralis autem Aristotele teste in libro primo moralium circa iusta ꝛ honesta versatur que tantam varietatez habent:vt lege dumtaxat non autem natura consta= re videantur. Qui etiam Aristoteles in eodem libro postea concedit in materia morali nullam esse certi= tudinem sicuti neqꝫ in sanis:adeo ꝙ secundum ip= sum neqꝫ philosophia moralis: neqꝫ scientia medici nalis que tractat de sanis nō habent omnino neces= sarias conclusiones siue in vniuersum siue particula tim:vt etiam Aristoteles apertissime ostendit verba illa subiungens. Cumqꝫ hoc habeat vniuersuꝫ genus multo magis in singulis esse est existimandum. Gale nus quoqꝫ in diffinitiōe q dicit medicina est scientia: sciētie nomen cōius ingt audiri oportere inuens per hec v̄ba medicinā nō esse certe ꝛ exqsite v̄itati sciam lato tn̄ vocabnlo sciaꝫ noiari. Scđa ergo solutio plus quācommentatoris in dubitatione antea tacta non modo Platoni ꝛ Aristoteli verum ipsi quoqꝫ Gale= no repugnat de cuius opinione disputatur. Secun= duꝫ vo nostrā expotionem qui per tres doctrinas or dinem habentes intelligimus tres ordines doctrina rum facillimum est eandem soluere dubitationem. Idcirco enim dicimus Galenum doctrine vocabu= lo adiecisse ordinate siue ordinem habentes:quoniā sunt alique etiaꝫ exordinate siue carentes ordine vni uersali:qualis est doctrina aphoristica ꝛ quales mul tas alias possumus imaginari:que licet suas conclu siones ex necessitate demonstrent:non tamen eun= dem ordinem seruant in vna aliqua tota scientia tra= denda. Queꝫ duplicem ordinem scilicet vniuersaleꝫ seu generalem ꝛ particularem etiam notauit Jaco= bus in quinto notabili sue questionis de tribus do= ctrinis ordinarijs. Uerum ipse aliter ordinem ꝛ do= ctrinam ordinariaꝫ capit. Est enim doctrina proprie ordinaria secundum ipsum:que inter suas partes ge neralem essentialemqꝫ continet ordinem atqꝫ ideo doctrina diffinitiua secundum ipsum est doctrina or dinaria:quia inter diffinitionem ꝛ diffinitum est or= do huiusmodi essentialis ac generalis. Similiter do= ctrina resolutiua ac compositiua ideo sunt doctrine ordinarie quia inter causam ꝛ effectum vel econtra est ordo dictus. Uerum hic modus diffiniendi do= ctrinam ordinariam videri facit doctrinam diffiniti= uam esse magis ordinariam atqꝫ perfectiorem doctri na resolutiua:cum essentialior sit ordo inter diffinitio nem ꝛ diffinitū q̄ꝫ inter effectum ꝛ causam:qđ(.s.do ctrinam diffinitiuam esse resolutiua digniorem)neqꝫ Galenus vult neqꝫ ipse Jacobus opinatur. Tres er= go doctrine ordinate apud Galenum non modis do cendi differunt sed ordine potius neqꝫ ordine tali= qualem Jacobus Conciliator ꝛ Plusquācommen= tator existimarunt:sed qualem nos ex Galeni senten tia supra declarauimus : ꝛ magis etiam in processu nostre disputationis ostendemus. Quod autem tres doctrine ordinate non sint docendi modi tali argu= mento colligitur. Doctrine ordinarie siue ordines do ctrinarum secundum Galenum sunt tantum tres: modi autem doctrinales iuxta antiquos philoso= phos sunt plures q̄ꝫ tres ad minimum:quattuor er= go modi doctrinales non sunt doctrine ordinate de quibus Galenus loquitur. Ordines autem sub qui= bus vnaqueqꝫ sciētia doceri potest esse tantūmodo tres ita probatur:scientia que docetur aut eodem or dine docetur quo inuenitur ꝛ primum in mente cō= stituitur:ꝛ hic ordo docendi vocatur resolutorius vel ordine conuerso:ꝛ hic ordo vocatur compositorius. Ut si quis volens docere artez constituende domus primum doceret qua forma : ꝛ qua materia tectum sit construendum:secundo loco quomodo parietes sint erigendi:tertio loco vt sint iacienda fundamenta vltimo loco qualr terra excauanda:hic ordinē docē di seruaret resolutoriū qui a notione finis incipit. Te gumentū.n.ꝛ defensaculuꝫ a frigoribus ꝛ imbribus est finis quē sibi ꝑponit qui domū vult ꝯstruere. Si vero ꝯtrariū seruaret ordinē ꝛ primum doceret quo modo terra effodienda secūdo loco vt iacienda fun damēta: tertio quomodo parietes attollendi: vltimo loco qua forma ꝛ qua materia tectum sit fabricandū

Sphondi los dorsi si ne figura
Oēs sphō dili nume ro.xxiiij.

Alia so. monachi

Excluderē diuisiuaꝫ a nūero do= ctrinaꝝ est ꝯriū Pla= tōicis quo rū dogma Galenus sequitur.

Neqꝫ i mo ralibꝰ neqꝫ i sanis ali= quā eē cer titudinem

Doctrina aphoristi ca

Doctrina ordinaria sꝫ Jacobū

Cōtra Ja= cobum

Qꝫ tres doc. ex nō sint modi

Tres tātuꝫ eē ordines doctrinaꝝ

talis ordo diceretur compositorius qui ordo con=
gruit ordini quo fit domus sicut primus resolutorius
est idem cuz ordine quo ratio faciende domus inue=
nitur. Si quis vero diffiniat scientiam quam inten=
dit docere ⁊ in docendo sequatur ordinem partium
diffinitionis hic doctrinam facit diffinitiuam quam
se facturū promittit Galenus in prohemio artis par=
ue. Quare recte dixit Plusq̄zcōmētator huius do=
ctrine ordinem pendere ex ordine partiuz deffinitio
nis: sed cur non dixit etiam docrinaz resolutiuā pen
dere ex ordine resolutionis ⁊ compositiuam ex ordi=
ne compositionis eoruz que per resolutionē fuissent
inuēta: vt par ratio seruaretur in tribus doctrinis sua
rum denominationum. Duorū quidem ordinuz do
ctrinarū primi scilicet ⁊ tertij habemus exēpla apud

Ubi Gal. reso. ⁊ diffinitiuam doctrinaz fecerit

Galenum manifesta resolutiui q̄dem in libro de con
stitutione artis medicinalis: diffinitiui autem in ar=
te parua. In his enim duobus libris seorsuz sub duo
bus etiam ordinibus separatim totam Galenus do=
cuit artem medicinalem summatim tamen ⁊ per ca=
pita tantum: veluti ⁊ ipse Galenus in multis horum
librorum locis profitetur remittens nos ad alios li=
bros in quibus earundez rerum doctrina traditur co
piosior. Quāq̄z talem sūmariam. s. ⁊ per capita tm̄ cō
pendiosam totam artem docentē medicinalem: non
posse esse doctrinam illaz que resolutiua vocatur pu
tet Plusq̄zcōmentator multa super hoc cōtra Halin
disputans: quoniam nesciuit idem Plusq̄zcōmenta
tor ordinem a modo ita in doctrina resolutiua sicuti
in diffinitiua distinguere. Uidetur enim putasse do=
ctrine nomen tam apud Galenum q̄z apud Aristote
lem equiuoce dici: sed quis putauerit tam accurate
viros eruditionis suos voluisse libros statim a pro=
positione ambigua in qua nomen poneretur equiuo
cum exordiri? Aristotelem quidem vbi vult docere
scientiaz demonstrationis in qua fugiendas esse om
nino equiuocationes censet Auerois Cōmentator:
Galenum vero vbi docere intendit per modum cō=
pendij totam artem medicinalem in qua tanto plus
fugiende sunt ambigue orationes quanto in ea ma=
iori periculo q̄z in quacunq̄z alia arte peccatur. Hūc
autem errorem ascribi a Plusq̄zcōmentatore Aristo
teli in doctrine vocabulo etiaz supra monstrauimus
Ubi idez Plusq̄zcōmentator syllogismum inductio
nem ⁊ exemplum a munero eximit doctrinarum ve
raruz quas tamen Aristoteles veras putat esse doctri
nas per eas probans omnez doctrinam ⁊ disciplinā
intellectiuaz ex precedenti fieri cognitione. Q̄z si do
ctrinas non veras summeret in exemplū futilis esset
⁊ vana probatio ⁊ nequaq̄z tāto digna philosopho.
Q̄z autem in eundem rursus errorez trahat Galenuz
Plusq̄zcōmentator patet ex eo ꝙ vult doctrine no=
men de tribus doctrinis equiuoce dici: quoniaz cū
de diffinitiua dicitur ordinem tantum docendi totā
scientiam vel capitum totius scientie numerationez
videatur significare: cum de alijs duabus modos de
mōstrandi vel ex prioribus vt in resolutiua vel ex po
sterioribus vt in compositiua. Hec enim sunt verba
Plusq̄zcōmentatoris rationem afferentis ob quam
Aristoteles nullaz de genere doctrine diffinitiue de

qua Galenus loquitur in prohemio artis parue fece
rit mentionum. Et de hoc genere doctrine Aristote=
les nequaq̄z mentionem fecisse videtur: eo ꝙ hoc ge
nus doctrine non videtur aliquod ignotum per no
tum declarare: sicuti ex cōclusione vnde nec eo vti=
mur ad particularia quesita scientie declarande sicu
ti alijs duobus. Sed vtimur eo ad tradendum scien
tiam totam sub vno ordine simul imo ad numeran=
da capitula scientie generalia vt habeatur per id ali
qua memoria scientie totius: nam habitis capitibus
vniuersalibus facilem habet homo progressum ad
particularia capitula facilēq̄z memoriam eorundez:
⁊ propter hoc subtiliter inspiciendo potest dici ꝙ vti
mur eo ad memorandum ⁊ non ad docendum vel
discendum: ex quo nec rationabiliter sibi visum est
esse genus doctrine. In his verbis Plusq̄zcōmenta
tor manifestum se facit ꝙ putet doctrinam diffiniti=
uam quaz Galenus facit in arte parua pro quadam
ordinatione potius ⁊ capitum accipi numeratione
q̄z pro modo doctrinali imo neq̄z esse genus doctri=
ne si quidem rationabiliter inquit Aristotelem illud
silentio pretermisisse. Nos vero ita Plusq̄zcōmenta=
torem coarguemus. Si rationabiliter Aristoteles do

Arguit Plusq̄zcōmentatorē

ctrinam diffinitiuam de qua Galenus loquitur ipse
reticuit: vt que doctrina non sit: irrationabiliter illaz
Galenus alijs duabus doctrinis annumerat. Sed ra
tionabiliter illam Galenus habet in numero doctri=
narum: ergo irrationabiliter fuit ab Aristotele preter
missa. Non ne ad has angustias redigitur Plusq̄zcō
mentator vt ipsi sit necessarium vel principem philo=
sophorum vel regem medicorum coarguere irratio=
nabilitatis? Nos vero hos laqueos faciliter euitamꝰ
qui volumus doctrinam resolutiuam compositiuaz
⁊ diffinitiuam equaliter esse doctrinas ⁊ qua doctri
ne sunt nihil aut parum inuicem distare. Sed quate
nus altera resolutiua altera compositiua tertia vero
diffinitiua nominatur: eatenus esse differentes ⁊ sic
non varios modos doctrinarum sed ordines potius
apud Galenuz significare ⁊ ostendere possumus: vbi

Ubi Aris. vsus fuerit ordine resolutiuo

Aristoteles vel inueniendo vel in docendo hisdem
tribus vtatur ordinibus quos Galenus tres doctri=
nas ordinatas appellat. Aristotelez quidem vsum fu
isse ordine resolutiuo in arte logica inueniēda decla
rant verba Simplicij supra a nobis recitata in q̄bus
idem Simplicius vsum libri predicamentorum atq̄z

Ubi cōpositiuo

ordinem ad alios libros Aristotelis de arte logica edi
tos nititur declarare: nam ⁊ resolutionem nomina=
tim exprimit inquiens resolutionē ad Simplices vo
ces terminari. Declarant autem ⁊ ordinem composi
tiuum verba sequentia que dicunt illum qui vult fa
cere demonstrationem a Simplicibus vocibus de=
bere incohare quoniam a simplicioribus ad compo
sitiora procedimus. Nā post Simplices voces quid
nomen ⁊ quid sit verbū adiscimus: deide quid affir
matio, quid negatio ⁊ que horum differentie: deinde
terminus quid propositio quid syllogismus ⁊ que syl
logismorum species ⁊ quot in singulis figuris ⁊ sic in
demonstrationem desinimus. Hūc autem ordinem
c̄ōriū esse resolutiuo ipsa euidentia demōstrat ⁊ Sim
plicius ipse p illa v̄ba ēt supra allegata declarat q̄ di=

cunt speculatione ⁊ actionem aduersum iter tenere quoniam speculatio a fine incipiens via progreditur ad principium actio autem a principio ad finem pergit: sicuti in domo. Hec.n. verba Simplicij nihil aliud innuunt nisi resolutionem incipere a notione finis que est speculatiõis principium ⁊ terminari ad principium actionis quod est finis speculatõis. Motus autem qui hinc incipit tum actio tum etiam cõpositio nominatur vt etiam supra docuimus auctoritate Aristotelis ⁊ Auerois cõmentatoris libro septimo de prima philosophia. Illud autem sciri oportet ordinem docendi resolutiuum maxime artibus que factiue vocantur congruere quẽadmodũ in arte edificatiua supra monstrauimus que eodem ordine doceri potest quo etiam inuenitur. Quod nõ contingit in speculatiuis que ordine quidem resolutorio inueniuntur ⁊ ob hoc dicuntur ⁊ ipse suam habere a notione finis constitutionem: ordine autem compositiuo docentur vt in geometria arithmetica ⁊ demum ĩ logica Simplicius loco supra allato declarat. Reliquum est vt ostendamus Aristotelem vsum fuisse in suis de philosophia libris etiã ordine diffinitiuo eodemq; docendi causa: q̃uis videatur Plusq̃cõmentatori doctrina diffinitiua solum ad memoriam non autem ad discendum conferre: atq; ideo omnino fuisse ab Aristotele pretermissa. Hic ipse philosophus libro secundo de naturali auscultatione volens quid sit natura declarare hãc ita diffinit. Natura est principium motus ⁊ quietis ⁊ postea libro tertio quid sit motus ostendit ⁊ quia motus non potest esse nisi in loco ⁊ in tempore: ideo ĩ quarto subiungit de vtroq; diligentem tractationẽ. Sic in Nichomachijs moralibus cum in primo volumine eius libri felicitatẽ diffinisset q̄ est operatio secundum virtutẽ: mox in sequentibus de humanis operationibus que fiũt secundum electionem exactam doctrinã tradidit: que quatenus explanat partes diffinitionis ⁊ secundum illarum procedit ordinem potest diffinitiua nominari: licet nõ sit ordo generalis in ea sub quo tota scientia doceatur quia neq; eiusdem scientie prius assumpta est diffinitio: sed quarundam rerum tantũ modo de quibus in scientia tractatur. Patet ergo hoc doctrine genus non omni ex parte latuisse Aristotelem alioquin eo varijs in locis nõ esset vsus. Liquet etiã doctrinam diffinitiuam non esse ordinẽ merũ: alioquin male a Galeno doctrina diceretur: ⁊ frustra etiã Galenus ipsam ad totã artem medicinalem per modum compendij edocendã facilioris memorie gratia elegisset. Nã q̄ Galenus in arte parua non solũ memorie studeat: sed doctrine magis illud potest eẽ argumẽto: q̄ idem Galenus vbicunq; de hoc libro meminit quem nos artem paruam vocamus ipse artem medicinalem appellat: quasi in eo tota scientia medicinalis sub quodam tamen compendio doceatur. Neq; ob id q̄ hec eadem doctrina diflinitiua et non demonstratiua nominatur: putandum est ipsã carere omni genere demonstrationum propter quã carentiã: nec proprie doctrina dici mereatur: ob quã etiam causam fuerit vt Plusq̃cõmentator existimat ab Aristotele repudiata. Nã ⁊ demonstrationẽ quia ⁊ propter quid venire in vsum doctrine diffinitiue coactus est ipsa veritatate impellente tandem fateri idem Plusq̃cõmentator qui libro tertio cõmentatione .lxvj. scribit hec verba. Et est hic attentione dignũ q̄ doctrina huius libri dicitur diffinitiua per comparationem ad explanationem diffinitionis p̱posite de medicina in principio libri ad huius enim explanationem totus liber ordinatur. Sed nihilominus propter hoc etiam apud talem explanationẽ alicuius partium diffinitionis accidit vti ⁊ resolutiua ⁊ compositiua. His enĩ duabus maxime vtimur ad particularia problemata scientie declarãda sicuti incipientes dicebamus: diffinitiua vero maxime ad totius scientie compendiationẽ. Hoc ipsum quod dicit esse attentione dignum Plusq̃cõmẽtator ait per alia verba non esse negandum Cõciliator qui ⁊ ipse differentia octaua ĩ hũc modũ scribit. Sed neq̃ negandum est quin sepe in scientiam vna doctrinarũ possint cadere in causa doctrine aliarum ordinariarum ⁊ inordinariarum sicuti apparet per Galenum vtentem in tecni doctrina diffinitiua ⁊ tamen vtitur improprie doctrina ordinaria cũ nititur p̱bare hoc principium. Omnis cura fit per contrarium. Inductione ac syllogismo: hec quidem duo viri precipua inter alios qui de tribus doctrinis scripsere auctoritate qui mirum in modum nostre opinioni suffragãtur: qui volumus tris doctrinas apud Galenũ non modis docendi sed ordinibus esse differẽtes. Unde mirandum est ipsos qui contrariam sequuntur opinionẽ ⁊ tres doctrinas tres esse docendi modos arbitrantur. postmodum eosdem modos resolutiue ac diffinitiue promiscue assignare. Atqui audire potuerunt Galenũ in prohemio artis parue ambas doctrinas manifeste separantẽ his verbis. Sed hanc quidem scilicet doctrinam resolutiuã alibi scripsimus. Hic vero diffinitiuam faciemus atq; insuper alterã alteri methodo ⁊ dignitate preferentem: quod fieri non posset si nihil aliud essent ipse doctrine q̃ modi doctrinales: ⁊ tamen eisdem modis doctrinalibus vterentur: tunc enim eadem doctrina ipsa se ipsã superaret ⁊ non alteram a se diuersam. Sed accidit inquit Plusq̃ cõmentator doctrine diffinitiue vti resolutiua. Improprium etiam vsum esse ait Conciliator doctrine resolutiue in doctrina diffinita. Nam ⁊ ipsi visi sunt animaduertere obiectionẽ que fieri potest contra illam quam faciunt doctrinarum non parum differentium confusionem: cui obiectioni voluerunt per verba iam dicta satisfacere. Sed hec nihil excusant: quod enim accidit aut improprium est: in aliqua doctrina rarissimum esse debet. Usus autẽ demonstrationis: tum quia: tum propter quid in doctrina diffinitiua non solũ in duobus locis quos notauere ⁊ Plusq̃commentator ⁊ Conciliator: sed in pluribus alijs si diligenter: inspiciatur iuenietur: quos ego vitande prolixitatis gratia in medium adducere pretermitto. Cum presertim ipse Galenus testetur in prohemio artis parue ea que scripturus est in eo libro in quo proculdubio doctrinam facit diffinitiuã esse quasdam veluti conclusiones illorũ que in alijs suis libris latius demõstrauit. Signanter autem Galenus loquitur: neq; enim dicit esse simpliciter conclusiones: sed veluti conclusiones. Qd aũt est veluti tale non est oĩno tale: si vero essent tñmõ ꝯclusiones Plusq̃cõmentator ⁊ Conciliator qui quantum ad

Resolutiuus ordo factiuis artibus maxĩe congruit

Ubi diffinitiuo ordine Aris. vsus sit

In vsũ doctrine diffinitiue demõstratione venire

Solutio monachi nõ satisfacit.

hoc videntur esse concordes forte aliquid dicerent dicentes doctrinā diffinitiuā nō esse ꝓprie doctrinā quia nihil in ea syllogistice: vel vt eorum vtar verbis nihil ignotum per notum probaretur: ⁊ ideo non ad docendum seu discendum: sed tantum ad memoriaꝫ foret opportuna. Ueruꝫ ꝙ in doctrina diffinitiua aliquid resolutiue probetur exempli gratia non esse faciendam euacuationem partis per scarificationē seu vt vtar verbo Plusq̄ꝫ cōmentatoris per scalpellationem. Ideꝫ Plusq̄ꝫ cōmentator cōmentatiōe .lxvj. antea a nobis allegata concedit. Q etiam contraria cōtrarijs curentur probari a Galeno ⁊ syllogismo ⁊ inductione in eadem doctrina Conciliator non inficiatur: sꝫ neqꝫ ambo possunt negare quin ossa fracta nō posse propter eorum duritiem in grandiori etate consolidari: etiaꝫ inibi demonstretur vt taceam alia que simili modo probantur ⁊ breuitatis causa vt nuper dixi a me pretereuntur. Quod vero inquit Plusq̄ꝫ cōmentator eadem libri tertij cōmentatione sexagesima sexta: nos maxime vti doctrina diffinitiua ad cōpendiationem (tali.n. ipse vtitur verbo) totius scientie falsum esse supra monstrauimus. Sed nūc quoqꝫ

Nō esse ꝓpriā diffinitiue cōpēdiatiōe

repetimus non esse propriuꝫ doctrine diffinitiue per capita tantum ⁊ quasdam veluti conclusiones compendiosam facere traditionem imo hoc est ipsi cum resolutiua cōmune vt patere potest legenti librū Galeni de constitutione artis medicinalis: in quo Galenus fatetur se summas tantum ⁊ generales regulas pertractare: ⁊ sepe lectorem remittit ad vberioreꝫ earundem rerum que habentur in alijs libris suis tractationem: quod etiam facit vt diximus in arte parua. Quare si propter breuitatem demonstrationū doctrina diffinitiua non est vera doctrina non erit ⁊ resolutiua. Nos autem putamus ambas esse doctrinas ab alio auteꝫ habere ꝙ doctrine sint ab alio vero ꝙ altera resolutiua altera diffinitiua dicatur: nam a demonstrandi modis qui in vtraqꝫ ijdeꝫ sunt ambe doctrine dicuntur a vario autem ordine qui in tota medicinali scientia docenda seruatur: hec diffiniua illa resolutiua nominatur. Eosdem esse in duabus doctrinis docendi modos tum ex pluribus alijs vt dictum est discere licet: tum ex illo ipso ꝓncipio cuius meminit Conciliator differentia octaua: quod eque per syllogismum ⁊ inductionem in libro de constitutione artis medicinalis a Galeno probatur sicuti ⁊ in arte parua. Quin si loca contuleris non modo rationes similes sed eadem prope verba perpendes ⁊ sicuti in vno libro omnes partes sciētie medicinalis sub quodam compendio docentur: ita ⁊ in altero ordine tantum vt sepe diximus variato. Unde non absqꝫ ratione Galenus alterum librum inscripsit de constitutione artis medicinalis alteram de arte medicinali: quoniam in hoc artem tantum docet medicinaleꝫ sub ordine diffinitiuo: in illo vero ꝯstituit ⁊ ꝯstituendo docet sub ordine resolutiuo. Uerū ad hec q̄spiaꝫ posset obijcere: certū q̄dē esse ꝙ in libro qui ars medicinalis a Galeno a nobis autem ars parua nominatur doctrina sit diffinitiua: sed non ita constare id quod veluti ꝓ certo atqꝫ indubitato accipit Ugo senensis in libro de ꝯstitutōe artis medicinalis doctrinam fieri resolutiuam. Age igitur hoc ipsum non alterius q̄ꝫ ipsius Galeni testimonio probemus: licet

Ugo senēsis.

forte satis ⁊ antea probauerimus cum ordinem doctrine resolutiue qui in eodem libro a Galeno seruatur conati fuimus declarare. Nunc tamen idem ex prohemio artis parue demonstremus: in quo scribūtur hec verba secundum veterem translationeꝫ que in vsu habetur quam potius q̄ꝫ nostram vbi non sit error allegamus: ne videamur nostris probationibꝰ quasdam veluti suppetias ex proprijs verbis corrogare. Uerba inq̄ꝫ antique translatiōis hec sunt. Nullus tamen ante nos scripsit illaꝫ que ex notione finis incipit ex qua omnes artes consistunt secundum rationem. Sed illam quidē alibi pertransiuimus. Hoc verbum alibi exponit Plusq̄ꝫ cōmētator .i. in varijs libris suis. Sed ꝙ Galenus per alibi non varios libros suos intelligat de medicina editos: sed vnū tantum qui de constitutione artis medicinalis inscribitur ex ipso Galeno probatur qui circa fineꝫ artis parue: vbi omnium librorum suorum numerum ordinēqꝫ recenset: de hoc ipso libro facit mentioneꝫ ⁊ de eo ait se antea scilicet in prohemio dixisse: ita.n. scribit. Dictum quidem ⁊ antea est: ꝙ est vnus alius liber in quo de constitutione artis medicinalis tractauimus. Nusq̄ꝫ autem Galenus in tota arte parua inuenitur de illo libro quicq̄ꝫ dixisset nisi in prohemio in quo licet nominatim non exprimat librum de cōstitutione artis medicinalis: per alia tamen verba eū nobis dedit intelligendum cum dixit se doctrinā ex notione finis incipientem alibi scripsisse. In eo.n. libro quid sit notio finis nobis euidenter ostendit. Et quomodo ex illo quispiaꝫ promotus possit arteꝫ medicinalem secundum quandam viam ⁊ progressum constituere secundum quem ⁊ alie artes ex suorum finium notione primum inueniuntur ac constituuntur. Uerba autem Galeni illud quod diximus declarantis hec sunt. Quam igitur in priore libro didicisti methoduꝫ in huiusmodi artibus tempus est transferre ad illam quam intendis constituere: idem ⁊ hic sermoni initium faciens quod in omnibus illis posuisti: scilicet notionem finis quam vnde adepti sumus iam tempus est explicare. Primum est facta cognitio de nobis ꝙ sani ⁊ de alijs pariter hominibus: secunda post hanc etiam de egrotantibus: vnde ⁊ nos cepit desiderium bene valendi ⁊ constituendi artem que bonam valetudinem seu sanitatem efficiat. Ex his Galeni verbis duo colligere possumus ⁊ ꝙ liber de constitutione artis medicinalis sit ille in quo Galenus testatur ī prohemio artis parue se scripsisse doctrinam ex notione finis incipientem scilicet ex sanitate in nobis cognita ⁊ desiderata: ⁊ ꝙ nō recte duarum que adhuc celebrantur antistites opinionū Galeni sensum de notione finis interpretentur: quoruꝫ alter per notionem finis intelligit vltimam causam que per resolutionem inuenitur alter effectum quēlibet qui sua causa notior existat: cum tamen Galenus quemadmoduꝫ ex hoc loco ⁊ multis alijs supra a nobis adductis cognosci potest: per notioneꝫ finis intelligat finem notum eius scientie vel artis quam constituere intendimus atqꝫ obiter constituendo docere. Sicuti in arte medicinali finis est sanitas cuius desidrio ⁊ amore quispiam permotus artem medicinalē sanitatis ꝯseruatricē atqꝫ effectricē ꝯstituit ⁊ dū eius ꝯstituende tradit rōneꝫ simul eiusdeꝫ artis affert

Cōtra monacū q̄d ꝑ alibi intellexerit Galenus

Notio finis male exponit a Cōciliatore ⁊ Monacho

disciplinaz. Quia vero supra diximus tris doctrinas de quibus in prohemio artis parue Galenus loquitur varijs differre ordinibus potius q̃z modis. Altera dubitatio suboritur: quia hoc non videtur coherere his que a Galeno in prohemio artis parue scribũtur vbi doctrinam resolutiuaz comparat diffinitiue: nam in ea collatione videtur ponere inter easdez doctrinas non modo quantum ad ordinem: sed etiam quantum ad modos differentiam. Resolutiuam inquiens ratione quidem ꝛ dignitate prestare diffinitiue sicuti diffinitiua ꝛ totius compendio ꝛ facilitate memorie excedit resolutiuam. Nos vero hanc dubitationem voluentes soluere dicimus eam sicuti plerasqz alias ex mala translatione habere occasionem. Ubi.n. interpres dicit ratione grecus Galeni codex habet methodo: quod verbuz apud grecos significat viam atqz ordinatum progressuz ad cognobile aliqđ. In hoc autem ordine procedendi vult Galenus doctrinam diffinitiuam a resolutiua superari: quare verba illa prohemij recte interpretata magis nostraz cõfirmant opinionem: qui volumus tres doctrinas varijs ordinibus esse differentes quorum alter ꝛ altero potest esse artificiosior atqz ita facere doctrinaz excellentiorem. Iccirco autem etiam dignitate dicitur doctrinam resolutiuam esse diffinitiua superiorez quia quum ex notione finis incipiat ꝛ fiat secundum resolutionem habet ex hoc ꝙ non solum docere sed etiã inuenire ac primum constituere artem aliquam potest siue scientiam: quorũ alterum potest efficere diffinitiua scilicet docere tantũmodo. Cum vero laus debeatur inuentioni ꝛ prime constitutioni: quis dubitauerit doctrinam resolutiuam anteire dignitate diffinitiuam? sicuti vero resolutiua habet ex principio suo scilicet notione finis ꝛ eo quez seruat ordine ꝙ fit ad inueniendas ꝛ primum constituendas artes accõmodata: ita diffinitiua ex ipsa diffinitione scientie quaz docet ꝛ ordine partium eiusdem diffinitionis quem in docendo sequitur: hoc plus habet supra resolutiuam ꝙ facit scientiam vel artem perdiscendam facilius totam sub quodam veluti compendio comprehendi ꝛ esse etiam secundum partem memorie commendabiliorem. Nã vt inquit Galenus bene memorie mandantur sufficienter omnia ex diffinitiõis dissolutione ob id ꝙ optima diffinitio quam substantialem quidam terminum vocant totius artis capita in se contineat. Non est autez propter hec verba Galeni existimandum id quod putat Plusq̃z cõmentator doctrinam resolutiuam non posse ꝛ ipsam totam artem medicinalem per capita ꝛ generales summas in vno volumine tradere sicuti diffinitiuam. Hoc.n. fieri etiam in doctrina resolutiua siue ordinez seruante resolutiuum probat vt ante diximus liber de constitutione artis medicinalis: in quo eadem doctrina vt etiam paulo supra probauimus continetur. Nihil autem aliud voluit Galenus per verba statim antea adducta nobis insinuare nisi ꝙ ambe quidem doctrine scilicet ꝛ diffinitiua ꝛ resolutiua sub quodam cõpendio totam artem medicinalem cõplectuntur propter quod etiam ambe ad memoriam conferunt: in his tamen duobus scilicet ꝛ in cõpẽdio totius scientie docende ꝛ in memoria faciliori particularium doctrina diffinitiua primas partes habet ꝛ nihil vetat resolutiuam secundas obtinere. Sicuti licet resolutiua ꝛ methodo ꝛ dignitate vincat diffinitiuam. Non tamen ideo diffinitiuam omnis est methodi expers ac dignitatis alioquin id sequeretur absurduz in qđ etiam supra diximus incidere opinionem Plusq̃z cõmentatoris duas doctrinas non dici vniuoce doctrinas atqz ita non esse inuicez comparabiles quod est contra Galenum: alteram alteri vt apparet manifeste comparantem. Uerum falsus intellectus prime propositionis prohemij. Tres sunt omnes doctrine ordinem habentes fecit tum Plusq̃z cõmentatorem tum etiam Conciliatorem plurima dicere que etiam sunt a Galeni placitis aliena. Plusq̃z cõmentator autem tanto maiorem habuit aberrandi occasionẽ quãto fungens officio expositoris verba omnia Galeni in prohemio artis parue scripta cogebatur sue de tribus doctrinis opinioni consona demonstrare. Q; si hec ipsa propositio talem habeat sensuz qualem nos illi tribuimus: mille sunt obiectiones que non facillime dilludantur: nulli occurrunt nodi qui statim non dissoluantur. Nam ꝛ illud quod quispiaz posset obijcere ex auctoritate Plusq̃z cõmentatoris cõmẽtatione prima libri primi artis parue ordinem non facere doctrinam: sed magis consequi non habet difficilez dissolutionem: possumus.n. nostre initentes expositioni ita dicere. Doctrinas quidem quibus vna tota aliqua scientia docetur non sortiri ex vario docendi ordine (de tribus ordinibus nobis itelligentibus de quibus Galenus loquit̃) non sortiri inq̃z ex his vel maiorem vel minorem certitudinẽ: ideo neqz ex his ipsis habere potissimum ꝙ doctrine dicantur. Sed ꝙ hec resolutiua dicatur hec compositiua illa diffinitiua nominetur: hoc singule ex suo ordine sortiuntur. Qui tamẽ ordo dat ipsi doctrine nõ soluz denominationis: sed etiam rei quandam precipuam proprietatem: nam ex ordine resolutiuo qui a fine artis initium summit quod est principium speculationis habet doctrina resolutiua ꝙ fit ad artez inueniendaz ꝛ constituendam idonea: ex ordine vero compositiuo doctrina compositiua aptissima existit ad eandez artem inuentam ꝛ summatim siue per capita traditã postea magis secundum partem amplificandam. Ex ordine autem diffinitiuo quem habet doctrina diffinitiua ex partibus diffinitionis fit eadez doctrina ad artem cuius assumit diffinitionem totam sub cõpendio docendam ꝛ faciliter memorie suggerendam comodissima. Q; si dixerimus ordinem etiaz ad doctrine essentiam conferre: aliquid non erit hoc dissonuz a Galeni dogmate qui libro primo artis curatiue volens ostendere inter medicos rationales ꝛ illos qui ab experientia se empericos vocant differentiaz scribit hec verba. Querere igitur cum methodo quicq̃z inuenire opponitur ei quod fortuna ꝛ casu fit est autem veluti via quadam atqz ordine ita ꝙ est aliquod primum in inquisitione ꝛ secundum ꝛ tertiuz ꝛ quartum ꝛ ita seriatim alia vniuersa donec quispiam perueniat ad id quod fuit ab initio propositum. Qui igitur se ab experientia empericos vocant recte agentes confitentur ꝙ neqz ad inuentionem neqz ad doctrinam ipsis necessarius est ordo quia inartificiosuz quoddam ꝛ expers rationis est experientia ꝛ bona fortuna indigens. Qui vero rationez atqz ordinẽ sibi ducem fecere inuentionis ꝛ viam vnaz ad finez perducentem supposuerunt: his necessariuz est a primo aliquo incipientibus cõfesso apud omnes homines sic transigere reliqua. Ex his verbis Galeni liquido apparet ꝙ medicorum rationalium doctrina non solum rationem: sed etiam ordinem in se continet ꝛ ꝙ in hoc differt a doctrina empericoꝝ q̃ neqz rõnez hz neqz ordinẽ liquet ẽt ꝙ cũ methodo aliqđ q̃rere nihil

Dub°

Cur diffinitiuus ordo sit resolutõ ignobilior

Obiectio

Solutio

Cur tres doctrie varias reci-piãt denominatiões

Ordo aliqd ad doctrinã ꝯfert lib.p̊ artis cura.

aliud est q̃ʒ via q̃dā atqʒ ordine ad inueniendūʒ pro-
cedere. Hec autē verba Galeni vna ꝯfirmant nostrā
expōnē quaʒ supra scripsimus qūo .s. doctrina resolu
tiua methodo vincat diffinitiuam. Hac difficultate
dissoluta que ex verbis Plusq̃ʒ cōmentatoris volen
tis ordineʒ non facere doctrinaʒ sed magis sequi ha
buit occasioneʒ iam ⁊ alias que in nostrā cadere pn̄t
de tribus doctrinarū ordinibus opinionē diluamus.

Dub° vbi vsus fuerit Ga. cōpositiuo ⁊ cur diuisiuum ꝑtermisit

Nō temere .n. quispiaʒ dubitauerit: si sint tres doctri
narum ordines vbi Galenus vsus fuerit cōpositiuo:
naʒ de resolutiuo ⁊ diffinitiuo satis ex his que antea
dicta sunt puto esse manifestum. Cur etiaʒ Galenus
quartū non adiecerit .s. diuisiuū. he .n. sunt due ambi
guitates que se fuerint a nobis ꝯuenienter dissolute
non paruʒ nostre expōnis veritateʒ ꝯfirmabūt ⁊ alia
rum coarguent falsitateʒ. Naʒ vt inquit Aristoteles li
bro primo moraliū. Uero qdeʒ oia ꝯsonant falso aūt
cito dissonat verū: primam dubitationē stultaʒ putat
Plusq̃ʒ cōmentator qm̄ in ea heresi est ꝙ nō sit possi
bile ꝑticulariter tradere totaʒ artem medicinaleʒ sub
vna aliqua specierū doctrine: ⁊ ꝙ vtimur tribus do-
ctrinis ad illud: in quaʒ etiam opinioneʒ ductus est
idem Plusq̃ʒ cōmentator ex malo intellectu illorum
verboꝝ Galeni que in antiqua translatione scribun

Aduersus Conci. ⁊ Plusq̃ʒ

tur in hunc modū. Que vero scd̄m ꝑtem est tractatio
vniuerse medicinalis speculationis in multis alijs a
nobis scripta est negocijs qbus expedit vti ad tres
doctrinas: que postrema verba per figuraʒ hipalagen
exponens Plusq̃ʒ cōmentator in hunc sensum .i. ad
que negocia expedit vti tribus doctrinis ꝯsequēter
affirmat ꝙ possimus etiaʒ in vno libro vti tribus do
ctrinis: sed duo dicta ex his vera sūt si per doctrinas
modos doctrinales intelligamus ⁊ non ordines do

Ordo vnꝰ doctrīe nō admittit alium.

ctrinarū de quibus Galenus intellexit in illa ꝓpōne
Tres sunt oēs doctrine ordineʒ habentes: impossibi
le .n. est totam arteʒ medicinaleʒ vel in vno libro vel
in multis sub varijs doceri ordinibꝰ. Ars .n. tota me-
dicinalis ita in arte parua docet sub ordine diffiniti
uo seorsum ꝙ nō admittit resolutiuū vel cōpositiuū.
Sic etiā traditur in libro de ꝯstōne artis medicinalis
sub ordine resolutiuo ꝙ reliqui duo ei non ꝯiungū
tur. Sic quoqʒ in multis alijs libris eadem ars vni-
uersa vberiore scribit tractatione vt postea magis li
quebit: ſm̄ ordinē cōpositiuū: ꝙ ipsi nō cōpetit ordo
ꝯrius qui dr̄ resolutiuus: neqʒ etiaʒ diffinitiuus vt ēt
in sequentibus ondemus. Primū aūt dictū Plusq̃ʒ
cōmentatoris ꝙ videlʒ nō sit possibile scd̄m ꝑteʒ siue
ꝑticulariter tradere totaʒ medicinaʒ sub vna aliqua
specierū doctrine: etiā Galeno repugnat qui non so
lum in cōpendio totius: sed etiaʒ in memoria ꝑticu-
larium prefert doctrinaʒ diffinitiuaʒ doctrine resolu
tiue que cōparatio vna forte nisi sub doctrine ordine
diffinitiue tota ars medicinalis etiaʒ scd̄m ꝑtem siue
ꝑticulariter in arte parua traderet: sicuti fuit in mul-
tis alijs libris scd̄m partem eadem ars tota conscri-
pta: qd̄ verba Galeni supra a nobis allata manifestāt
Alioquin etiam videtur impossibile totam arteʒ me
dicinalem scribi in doctrina diffinitiua ⁊ non secun
dum partem cum totum non sit preter partes. Qꝫ si
per ꝑticularia Plusq̃ʒ cōmentator intelligat quedaʒ
specialiora ad que doctrina diffinitiua non descen-
dit: neqʒ talium tractatio ꝑticularium doctrine repu
gnat diffinitiue neqʒ resolutiue: sicuti neqʒ composi-
tiue. Quid .n. vetuit Galenum vel in libro de consti-
tutione artis medicinalis secundum ordinem resolu
tiuum vel in arte parua secundum ordinem diffini-
tiuum non breuiter atqʒ concisim: sed late ac copio-
se vsqʒ ad specialissima progredientem totam scribe
re artem medicinalem: quod in multis alijs libris se
fecisse testatur in quibus seruauit vt postea declara-
bimus ordinem compositiuuʒ. Sed licet potuerit se-
cundum triplicem ordinem vberem facere tracta-
tionem libuit tamen ei secundum duos ordines tan
tum scilicet diffinitiuum ac resolutiuuʒ compendio
sam totius scientie medicinalis facere traditioneʒ:
vt de doctrina diffinitiua ipse Galenus statim in pro
hemio testatur cuʒ ait. Ea que in hac doctrina dicū
tur esse sola capita ⁊ veluti conclusiones que alibi la
tius fuere demonstrata. De vtraqʒ auteʒ tam scilicet
resolutiua q̃ʒ diffinitiua circa fineʒ operis: vbi inquit
ꝙ liber de constitutione artis medicinalis ⁊ alter cui
extremam manum adiecit scilicet ars parua in quo
doctrinam tradit diffinitiuam sicuti in altero resolu-
tiuam seorsum sunt ab alijs in quibus plenior doctri
na explicatur. Expediebat autem imo omnino fue-
rat necessariuum vt sicuti in vno libro docuerat mo-
dum inueniende ac primum constituende artis me-
dicinalis secundum ordinem resolutiuum in altero
vero eandem artem totam ordine scripserat ad me-
moriam aptiore scilicet diffinitiuo sic in multis alijs
libris vniuersam pariter totius scientie medicina-
lis contemplationem latius atqʒ diffusius comple-
cteretur qbus libris ad tres doctrinas vti possemus
idest ad tres doctrinarum ordines: que .n. sub dua-
rum ordinibus doctrinarum sunt abreuiata ⁊ quo-
dam modo decurtata propter compendiosam ⁊ per
capita tantum eorum traditionem possumus ex alijs
supplere libris secundum vberiorem: vt Galenus in
quit tractatione conscriptis. Nā ad hunc finem quo
dam in loco artis parue Galenus inquit se de illis
omnibus circa finem operis facturum mentioneʒ vt
sciret lector vnde essent supplenda que in doctrina
diffinitiua propter nimiam eius breuitatem deside-
rarentur: qui sane artis parue locus manifeste demō
strat verba illa prohemij quibus expedit vti ad tres
doctrinas male fuisse a Plusq̃ʒ cōmentatore per fi-
guram hipalagen exposita que figura vt diximus tan
tum poetarum est propria ⁊ a medicis atqʒ philoso-
phis quin etiam oratoribus euitanda. Utimur .n. li-
bris in quibus elaborata est .i. plene ac perfecte tra-
dita seorsum secundum parteʒ idest per singulas par
tes totius scientie medicinalis contemplatio: sicuti
in libris qui therapeutica .i. curatiua inscribunt pars
curatiua: in his qbus de salubribus titulus est pars
sanitatis cōseruatrix: ⁊ in libris qui de mēbris passis
apud grecos apud nos de interioribus nominantur
pars illa que a grecis diagnostice .i. dignoscitiua di-
citur. Utimur inq̃ʒ his libris ad doctrinam diffiniti-
uam vbi que sunt in ista defecta supplemus atqʒ am
pliamus quod facere possumus non variato ordine
doctrine diffinitiue: ⁊ hic est sensus illorum verborū
que supra diximus male fuisse a Plusq̃ʒ cōmentato
re intellecta adeo vt putauerit Galenum iuuere nos
vti tribus doctrinis ad dictos libros ⁊ non libris ad
tres doctrinas. Eundem autem vsum ijdem libri se-
cundum vberiorem tractationeʒ conscripti prebent
etiam ad doctrinam resolutiuā que ⁊ ipsa quoqʒ bre
uis est atqʒ concisa vt que sit magis ad inueniendaʒ
ac constituendam q̃ʒ ad docendam artem accōmo-
data. Quare Galenus ita in libro de constitutione
artis medicinalis sicuti in arte parua ad memoriam
plerūqʒ reuocat loca illorum librorum secunduʒ vbe

Necessitas sue rōcur cōpendio se sub duobꝰ tm̄ ordinibus medicinalem artem tradiderit

Uerba ꝓhemij male exponū tur a monacho.

riorem tractationem conscriptoruʒ. Unde possimus
eiusdeʒ libri in quo doctrina habetur resolutiua sup-
plere breuitatem. Jam ergo liquet qualis sit vsus li-
brorum Galeni in quibus elaborata est secundū par-
tem totius scientie medicinalis ꝯtemplatio ad duas
doctrinas .s. ad diffinitiuam ac resolutiuam. Prom-
ptior autem est horum ipsorum librorum vsus ad do-
ctrinam compositiuam: si eo legantur ordine quo cir-
ca finem artis parue a Galeno disponuntur. Talem
enim ordinem non esse diffinitiuum omnibus lique-
re potest: cum ex nulla medicinalis scientie diffini-
tione depēdeat: sed neqꝫ resolutiuus est vt statim pro-
babitur: relinquitur ergo ꝙ sit compositiuus. Talem
autem ordinem librorum siue doctrine que in ipsis
habetur non esse resolutiuum eo potest constare ar-
gumento ꝙ incipit ab elementis secundum Hippo-
cratem ad que ea que fit in libro de constitutione ar-
tis medicinalis resolutio terminatur dum cognitio
queritur corporum sanorum ⁊ egrorum vt notio fi-
nis exigebat. Ultimus autem in eo ordine librorum
Galeni quem dicimus esse compositiuum est liber
de arte curatiua que prima docetur iter alias partes
scientie medicinalis que per resolutioneʒ inueniun-
tur in eodem libro de constitutione artis medicina-
lis in quo diximus seruari ordinem doctrine resolu-
tiue. Libri vero medij inter primum de elementis et
vltimum de arte curatiua liquido ostendunt ordineʒ
doctrine compositiue: nam a libro de elementis pro-
gressus fit ad libros de temperaturis siue complexio-
nibus ⁊ ab his ad libros de potentijs naturalibꝰ atqꝫ
animalibus atqꝫ ad alios libros qui in eo loco a Ga-
leno cōnumerantur donec ad illos perueniatur qui
continent illam scientie medicinalis parteʒ que dia-
gnostice nominatur de qua etiaʒ supra fecimus men-
tionem. Hec autem medicine pars in ordine doctri-
ne resolutiue secundo docetur loco post curatiuam:
quare in ordine doctrine compositiue debuit prece-
dere in quo ordine etiam libri partem prognosticam
complectentes antecedūt que tamen pars tertio do-
cetur loco post curatiuam in ordine doctrine resolu-
tiue. Deniqꝫ omnes Galeni libri qui circa finem ar-
tis parue eo ordine numerantur quem nos dicimus
esse compositiuum ita sunt inuicem priores atqꝫ po-
steriores sicuti scientie medicinalis partes que in il-
lis comprehenduntur sunt duabus eiusdem scientie
partibus que finales appellantur curatiue .s. atqꝫ sa-
lubris vel proximiores vel remotiores. Hunc ordinē
doctrine cōpositiue visus est voluisse seruare in suis
libris quos de medicina edidit Auicenna licet eum
aliquādo interrumperit quia prius scripsit canones
generales de curatione morborum q̄ꝫ de simplicibꝰ
medicamentis de quibus egit in secundo libro sicu-
ti de compositis egit in vltimo scilicet in quinto: que
due tractationes secundum ordinem librorum Ga-
leni compositiuum libros de arte curatiua antecedūt
Adeo vt Gētilis expositor Auicēne in multis in qui-
bus animaduertit Auicennam a recto ordine cōpo-
sitiuo deuiare nullam aliam scit afferre male conti-
nuantis ordinis rationem nisi ꝙ ita principi placuit.
Dicit tamen Gentilis etiam Galenum voluisse in li-
bris de arte curatiua libros de compositiōe pharma-
corum eisdem libris de arte curatiua esse posteriores
Atqui Galenus in ordine illo quo libros suos circa
finem artis parue cōnumerat libros de compositio-
ne pharmacorum arti curatiue preponit: que dubita-
tio fuit digna speculatione apud gentilem presertiʒ:

Ubi doctrina cōpositiua Galenus vtat

Auicēna i suis libris seruat ordinē cōpositiuū lʒ aliqñ interrūpat

Gentilis

Dubᵒ de ordie libri de ꝯpōne pharmacorum

qui propter suarum questionum subtilitatem est spe-
culatoris cognomentum adeptus. Ne vero q̄spiam
Galenus sibi ipsi in varijs locis de ordine horum li-
brorum repugnasse suspicetur breuiter dicemus du-
plicem esse componendi pharmaca rationem: vnaʒ
quidem que stabilis est atqꝫ imutabilis sicuti de the-
riaca andromachi tam Galenus q̄ꝫ etiam Auicenna
cōmuniter sentiuntur ꝙ non sit ab andromachi insti-
tuto in numero ac pondere simplicium medicamen-
torum ex quibus eadem andromachi theriaca tem-
peratur discedenduʒ: q̄ꝫuis Auicēna Galenū quodā
modo per calūniaʒ reprehendat ꝙ sibi volens totius
compositionis gloriam vsurpare non nulla citra ne-
cessitatem de cōpositione andromachi cōmutarit: ⁊
hec compositio seu ratio componendi medicamen-
ta immutabilia debet precedere ordine libros de ar-
te curatiua quod videtur voluisse Galenus in libro-
rum suorum circa fineʒ artis parue cōnumeratione.
Alia est compositio medicamentoruʒ que fit pro me-
dici arbitrio varias sumentis ab egrotantium varijs
dispositionibus ac temporum diuersitatibus indica-
tiones: ⁊ hec rationabiliter sequitur libros de arte cu-
ratiua vt in eisdem libris Galenus videtur insinua-
re. Sed hec obiter dicta sint volentibus nobis solue-
re alteram dubitationem qua dubitabatur vbi Gale-
nus doctrinam scripserit compositiuā siue totam ar-
tem medicinaleʒ sub ordine tradiderit compositiuo.
Liquet .n. hoc ipsum fecisse in varijs libris eius secū-
dum pleniorem tractationem conscriptis. Que ple-
nior tractatio doctrine diffinitiue ac resolutiue sup-
plet breuitatem: ⁊ simul etiaʒ seruit doctrine compo-
sitiue absqꝫ hoc ꝙ trium ordo doctrinarum varietur:
adeo ꝙ verissime Galenus ait: nos posse vti huiusce-
modi libris ad tres doctrinas: hoc est vt nos exponi-
mus ad tres ordines doctrinarum siue tres docendi
ordinis ⁊ non per figuram hipalagen tribus doctri-
nis ad libros: quia si per doctrinas modi doctrina-
les intelligerentur pluribus etiam q̄ꝫ tribus doctri-
nis ad eos vti possumꝰ vt sane galenꝰ visus est scilicet
diuisiua: resolutiua: diffinitiua ⁊ demōstratiua ⁊ qui-
busdaʒ alijs vt satis supra fuit a nobis declaratū ve-
rum ex nuper tacte dubitationis solutiōe altera sub-
oritur dubitatio. Cur Galenus non eque totam arteʒ
medicinalem in vno libro eadem breuitate comple-
xus fuerit sub ordine compositiuo: qua ipsum fuisse
vsum videmus in tradenda eadem arte sub duobus
ordinibus scilicet diffinitiuo ⁊ resolutiuo. Ad quam
dubitationem soluendaʒ respondemus potuisse qui-
dem ⁊ sub ordine compositiuo: idem Galenum face-
re verum forte liber ille fuisse superuacuus: naʒ quā-
tum ad docendum viam atqꝫ ordinem constituende
artis medicinalis eandēqꝫ artem simul sub breuitate
docendam vnus liber sufficiebat qui de constitutio-
ne artis medicinalis inscribitur scriptus sub ordine
resolutiuo quantum vero ad faciliorem totius artis
memoriam cōmodius etiam sub compendio tradi-
ce alter sat erat qui ars parua vocatur ordinem con-
tinens diffinitiuum. Quis autem fuisset vsus tertij li-
bri eandem seruātis breuitatem in tota arte medici-
nali docenda sub ordine compositiuo non facile est
excogitare quando quidem ordinem talem sibi vbe-
rior tractatio eiusdem artis vendicabat quaʒ per plu-
res transigi libros in omni arte vel scientia perfecte
tradenda sit necessarium: nam si verū fateri velimus
doctrina resolutiua est propter compositiuam. Pri-
mum .n. inuenire oportet scientie vel artis principia

Duplex medicamētorꝫ cōpō.

Cur Galenus nō tradiderit per modū cōpendij totā artē medicinalem sub ordine cōpositiuo

Nullꝰ eēt vsus artis medicinalis sub ordine cōpositiuo compendiose tradite.

Resolutiua i cōpositiuaʒ ordinantur.

ac theoremata per resolutionem : deinde hec breui-
ter tradita postea componentes conuerso ordine la-
tius explicare. Quare videmus Galenum doctrinā
resolutiuam non compositiue sed diffinitiue tantum
in methodo ac dignitate preferre. Si tamen quera-
tur a nobis vtra duarum alteram dignitate precedat
resolutiua ne an compositiua (nam via eadem est se-
cundum subiectum: licet differat secundū rationē)
dicimus resolutiuam vno qdem respectu quatenus
scilicet artem primum inuenit atqꝫ constituit esse di-

Que digni tate prece dat reso. an cōpo.

gniorem quatenus vero ea que per resolutionem in-
uenit adhunc ipsum finem inuenit vt cōpositiua suo
ordine digerat atqꝫ componat ac copiosius edoceat:
hac consideratione dicimus compositiuam esse per-
fectiorem ac prestantiorem sicuti finis prestantior est
his que sunt propter finem. Gloriatur autem Gale-
nus in prohemio artis parue neminem ante ipsum

Cur Gale- nus dixe- rit neminē ante ipsū scripsisse doctrinā a notiōe fi nis icipiē- tem

doctrinam scripsisse a notione finis incipientem : qꝛ
plures scientiarum opifices illam quidem inuenerūt
per ordinem resolutiuam: sed postea docuerunt sub
ordine compositiuo quorum vtrūqꝫ fecisse Aristotelē
in iuenienda atqꝫ docenda tota arte logica supra ex
Simplicij auctoritate mōstrauimus. Sic veteres me
dici sicuti Herophili ⁊ Erasistrati sectatores ⁊ Athe-
neus de qbꝰ in ꝓhemio artis parue cōmeminit vt for
te inuenerint scientiam medicinalem per methodū
resolutiuam eandem tamen sub ordine doctrine cō-
positiue docuerunt. Uere igitur Galenus gloriatur
se primum ex medicis atqꝫ philosophis doctrinam
scripsisse seruantē ordinem qui a notione finis inci
pit resolutiuus. Superest altera dubitatio diluenda:
Cur Galenus tribus doctrinarum ordinibus nō ad-
iecerit quartum scilicet diuisiuum : hanc dubitatio-
nem soluentes dicimus ordinem diuisiuum reduci

Diuisiuus ad resolu- tiuum re- ducitur Galenus i libro ꝺ pti bus artis medicati- ue

ad ordinem resolutiuum. Eodem .n. fere ordine par-
tes omnes artem medicinalē constituentes per me
thodum resolutiuam sicuti per methodū diuisionis
inueniuntur vt patere potest legenti librum Galeni
de partibus artis medicatiue. Unde in eodem libro
Galenus methodum diuisionis per quā docet par
tiri artem medicatiuā vocat resolutionē ⁊ hec quoqꝫ
in eo libro initium sūmit a partibus fini propinquio
ribus ⁊ terminatur ad eas que sunt remotiores ⁊ pri
me in ordine compositiuo: verba autē Galeni in li-
bro allegato sūt hec. Dico igitur esse medicatiue qui
dem primas ⁊ proprias ⁊ maxime partes illas per
quas nobis aduenit finis artis. Alie vero sunt his su
periores. Prime quidē igitur ⁊ proxime tot sunt nu
mero quot sunt materie propinquissime eius : pro-
prijssima autem materia medicatiue artis sunt dispo
sitiones nostri corporis siue due sint secundū genus
siue tres siue plures: deinde paulo inferius Galenus
subiungit. Alie quidem igitur sunt prime ⁊ propin-
quiores artis sine quibus non sunt he. Prima qdem
igitur signatiua cuius sunt partes due hec quidē di
gnoscitiua presentium hec vero futurorū precogni
tiua: neqꝫ .n. absqꝫ ꝙ dignoscatur passio curationem
eius possibile est inuenire neqꝫ absqꝫ hoc ꝙ cogno-
scatur terminus criseos possibile est curare conue-
nienter. Has autem rursus necessarium est precede
re illam partem que est circa cognitionem omnium
ꝑtium animalis que in anatome siue dissectione cor
porum inuenitur. Secundario vero ex superabundā
ti illam que est de actibus ⁊ tertio eam que de vtili-
tate earum est. Ipsas autem rursus has eam que de
contemplatione circa elementa corporis ⁊ secundo
eam que de virtutibus naturalibus que inueniuntur
ex dissectione animalium: ad tot .n. principia resolui
tur pars significatiua quam ꝓcedere curatiuam ⁊ sa-
lubrem penitus diximus. Hec quidem Galenus in
libro quem diximus inscripto de partibus artis me
dicatiue in quo ⁊ partes scientie medicinalis princi
pales ⁊ principalium constitutiuas eodem fere mo-
dos inueniri per methodum diuisionis quo etiā per
viam resolutionis inueniuntur nobis insinuat cum
ait: ad tot .n. principia resoluitur pars illa que ⁊ cura
tiuam ⁊ salubrem antecedit. In libro etiā de consti
tutione artis medicinalis Galenus ait se non in eo ꝓ
posuisse tractatu ea que ad artem pertinent medici-
nalem omnia transigere: sed solum ex quibus ⁊ quot
principijs ⁊ per quas vias eadem ars constituatur
edocere: que omnia inibi quo ordine per resolutio-
nem inueniuntur eodem etiam docentur. In hoc .n.
differt liber de constitutione artis medicinalis a li-
bro de partibus artis medicatiue quoniā in hoc so-
lum partes eiusdem artis inueniunt in illo vero non
solum inueniuntur: sed etiam docentur licet vt sepe
diximus breuiter atqꝫ concisim. Cum vero in eisdem
principijs siue partibus constituentibus artem me-
dicinalem inueniendis idem fere ordo seruetur in li
bro de constitutione artis medicinalis per methodū
resolutionis: in libro vero de partibus artis medica-
tiue per methodum diuisionis : ob hanc vt arbitror
causam Galenus tris tantum ⁊ non quattuor docen
di ordines enumerauit vt qui diuisiuum computet
cum resolutiuo seu diuisiuū reducat ad resolutiuū.
Unde ⁊ Petrus leo qui iter alios medicine professo Petrꝰ leo
res maxima meruit etate nostra Patauij stipēdia do
ctrinam resolutiuam eandem cū diuisiua apud Ga
lenum censeri putauit: ⁊ recte quidem si per tres do
ctrinas docendi ordines ītellexisset: sed quia per tres
doctrinas ⁊ ipse modos doctrinales accepit in easdē
cum alijs incidit difficultates ⁊ tanto magis quanto
a numero doctrinarū excludere cogebatur demon
stratiuam: quoniam resolutiua eadem esset secundū
ipsum cum diuisiua: vnde non potuit neqꝫ ipse serua
re numerum doctrinarum apud antiquos philoso-
phos: non solum Aristotelem: sed etiam Platonem
cuius sectator haberi volebat celebratarum. Ordinē
autem diuisiuum seu doctrinam hunc seruantem or
dinem esse vnā ex tribus a Galeno enumeratis visi
sunt quidam etiam ex recentioribus olfecisse: quos li
cet odorem veritatis sentientes : reprehendit tamen
Plusqꝫ cōmentator his verbis. Credunt autem ali-
qui sicuti in eorum expositionibus reperitur non imi
tari in hoc Halin ꝙ ordinatio capitulorum in scien-
tia siue libro vel reductio ipsorum siue ipsarum par-
tium scientie ad vnam diuisionem principalem ⁊ ge
neralem continet omnes partes sicuti genus conti-
net omnes species ⁊ ꝙ vniuersaliter ordinatio par-
tium scientie ad totam scientiam sit genus doctrine:
alterum scilicet duorum quod est falsum: quoniā pri
ma diuisio generalis in scientia cū subdiuisionibus
ab illa dependentibus nihil est probans : sed nititur
ipsa tantum diuersitati acceptionis subiecti ⁊ specie
rum ⁊ partium subiecti cum diuersitate suarū passio
nū ⁊ propterea non est dicenda doctrina. Sed illud
vnde dependet ordinatio capitulorum ⁊ librorum ⁊
vniuersaliter omnium partium scientie propterea in
hoc nulla diuersitas est inter scientias : omnis .n.
scientia diuiditur diuisione prima continente quasi
infinitas subdiuisiones que omnes ad illā reducun-

tur sicuti in medicina notum est ⁊ in naturali ⁊ om-
nes scientie ab illa incipiūt: ⁊ sic sequitur quod vni
cum tantum est genus doctrine quod nihil est. Hec
verba Plusqꝫ cōmentatoris tendunt etiam aliquo
modo contra opinionem nostram qui putamus ordi
nē resolutiuū parū a diuisiuo differre ⁊ alterū reduci
ad alterū ⁊ tū diuersa ponimus genera doctrinarū qr
⁊ diuersos ordines quos tamen Plusqꝫ cōmentator
vnum tantum esse opinatur in quacunqꝫ scientia vel
arte scilicet diuisiuū. Nos tamen preter hunc qui in
idem coit cum resolutiuo vel ad ipsum reducuntur
duos alios docendi ordines luce clarius manifesta-
uimus scilicet compositiuum ⁊ diffinitiuū. Neqꝫ ip-
se Plusqꝫ cōmentator si stare velit in his que de do-
ctrina diffinitiua ⁊ eius ordine determinauit qui su
mitur a partibus diffinitionis ⁊ non subiecti scien-
tie vel artis negare possit ordinem diffinitiuū differ
re ab ordine resolutiuo seu diuisiuo quem facit om-
nibus scientijs esse cōmunem: cū aliud sit subiectū
scientie diuidere in partes ⁊ partes partiū aliud diffi
nitionem scientie ⁊ alius ordo ex hac alius ex illa di
uisione proueniat: vt liquere potest legenti duos li-
bros: alterum cui titulus est de partibus artis medi-
catiue: alterū qui ars parua nominatur. Qꝫ autē etiā
obijcit Plusqꝫ cōmentator diuisionem illam a qua
ordo sumitur capitulorum nihil probare: ⁊ ideo non
esse doctrinam: facile soluitur ex his que antea nos
sepissime declarauimus: cum alia ratione tris doctri
nas cōmuni vocabulo doctrinas nominari: alia hāc
resolutiuam: hanc compositiuā: hanc vero diffiniti
uam diximus nuncupari ⁊ paulo antea in hoc differ
re librum Galeni de partibus artis medicatiue a li-
bro de constitutione artis eiusdem significauimus:
quoniam in hoc tota ars medicinalis docetur sub or
dine resolutiuo: in illo autem sole partes totius artis
per methodum diuisionis inueniuntur non aūt etiā
sub eodem ordine diuisio docent: sicuti in altero sub
solutiuo: quos tamen ambos ordines vnum esse vel
saltem alterum reduci ad alterum arbitramur vt qui
non magno inter se discrimine distent. Quia vero ēt
supra diximus ordinem compositiuū obuersū esse
ordini resolutiuo: idqꝫ manifestari ex ordine librorū
quem ponit Galenus circa finem artis parue: quem
credimus esse compositiuū. Illud quoqꝫ lectorē ad
monendum duximus ꝙ si non adunguem hi duo or
dines sua sibi inuicem contrarietate respōdent: nihil
oporteat admirari: cum idem liber in eodem ordine
possit varijs respectibus esse altero prior atqꝫ poste-
rior. Quod etiam ita esse declarat magna expositorū
Aristotelis de eius librorum ordine non solū in phi
losophia sed etiam in logica cōtrouersia. Sufficit au
tem in his de qbus diserimus vt ordo compositiuus
ordini resolutiuo magna ex parte videatur oppositus
sed ⁊ illud fieri potest vt in diuersis doctrinarum or
dinibus eadē pars alicuius scientie vltimo loco do
ceatur: sicuti pars illa que de salubribus titulum ha-
bet tam in libro de cōstitutione artis medicinalis in
quo ordo seruatur resolutiuus: qꝫ in ordine librorū
Galeni secundum vberiorem doctrinam scriptorū
qui est cōpositiuus vt diximus vltimū sortitur locū.
Quod ideo fit ī ordīe resolutiuo ne ordo partiū que
partem curatiuā cōstituunt doctrina partis salubris
interposita dirimatur in ordine autem compositiuo
eadem etiam parte dilata: vt melius idē ordo cōpo
sitiuus continuaretur. Sed satis est in his duobus or
dinibus ꝙ maxima ex parte diuersificentur ⁊ ꝙ sua

sequantur principia alter notionē finis. s. principiū
speculationis: alter actionis siue compositionis prin
cipium quod est vltimum vt supra ostensum fuit spe
culationis. Quantūuis autem tris ordines dicti sint
inter se diuersi ⁊ varia sequantur principia: in omni-
bus tamen qđ etiam supra monstrauimus sunt ijdē
doctrine modi. s. tam demonstratio que ex prioribus
qꝫ altera que ex posterioribus aliquid probat. Alio-
quin non possemus vti eisdem Galeni libris ad tres
doctrinas siue tres ordines doctrinarum: neqꝫ posset
tota sciētia medicinalis sub singulis ordinibus seor-
sum doceri quorum primū posse fieri ipse Galenus
testatur in prohemio artis parue. Secundum vero
ostendunt libri duo alter statim dictus: alter qui de
constitutione artis medicinalis inscribitur: in quorū
vtroqꝫ separatim eadem ars tota breuiter tamen atqꝫ
cōcisim in altero sub ordine diffinitiuo in altero sub
ordine resolutiuo docetur vt sepius antea dictū fuit:
nam eadem crebro repetere est nobis necessariū vo
lentibus illa que a maxima viris auctoritate sunt per
negata asseuerare. Hoc enim est ꝙ duobus auctori-
bus de hisce doctrinis contraria disputantibus plu
rimum aduersatur: neqꝫ. n. possunt suis opinionibus
inherentes ostendere quomodo Galenus totam do
cuerit artem medicinalē sub ordine resolutiuo ⁊ cō
positiuo sicuti sub ordine diffinitiuo: si qdē Plusqꝫ
cōmentator ⁊ ipse fatetur non esse possibile in omni
bus quesitis vti doctrina resolutiua. Quare illi fateri
est necessarium doctrinam resolutiam dici ordinariā
in vno aut pluribus scibilibus particularibus ⁊ non
in tota scientia que docetur. In eandem etiam trahi
tur difficultatem Conciliator qui vult doctrinā com
positiuam esse demonstrationem propter quid: cum
neqꝫ sub huius doctrine ordine possit tota medicina
lis scientia doceri: neqꝫ etiam naturalis in qua nō ra
ro cognitio causarum ex effectibus inuestigatur. Vn
de caueat idem Conciliator ne male alleget differen Conciliator pericli
tia octaua Cōmentatorē super doctrina que per an tatur ne ma-
tonomasiam dicitur ordinaria que est doctrina com le alleget
positiua secundum eundem Conciliatorem ⁊ est vt Aueroim.
ait idem Cōmentator incipere a cognitione causarū
primarum rei cognoscende perfecte: deinde itende
re ad cognitionem causarum remotarum secundū
ordinem donec perueniatur ad causas propinquas.
Innuit autē per hec verba Cōmentator ordinē quē
seruat Aristoteles in tradenda sciētia naturali in qua
sicuti dixi solum effectus per causas sed etiam cau-
se per effectus demonstrantur: quēadmodum etiam
in scientia medicinali sub quocunqꝫ doceatur ordi-
ne siue diffinitiuo siue resolutiuo siue compositiuo.
Et si. n. ordo compositiuus hoc habet precipuum ꝙ
illa que in eo priora sunt vim habeant principiorum
ad illa que sequuntur: tamen in hoc ordine vniuerso
siue in libris hunc seruantibus ordinem multe fiunt
demonstrationes ex posterioribus veluti in libro de
elementis secundum hipocratē qui tamen primus
est in ordine compositiuo vt supra a nobis fuit decla
ratū. In hoc nāqꝫ libro corpus humanum non esse
simplex ex eo probatur ꝙ dolet ⁊ ꝙ sit ex quatuor ele
mentis constitutum ex eo ꝙ quatuor humores illis
proportionales in deiectionibus seu sponte seu arte
factis appareant: vt non parum mihi subeat de Con Error Cō-
ciliatore admirari qui volens ostēdere vbi Galenus ciliatoris
vsus fuerit doctrina cōpositiua adducit in exemplū
librum de elementis secundum hipocratē. In quo
tamen libro Galenus plurimum vtitur doctrina re-

solutiua si per doctrinam resolutiuam intelligamus vt intelligit conciliator illam que ex effectibus causas ⁊ ex posterioribus priora demonstrat. Illud autē verius de eodem libro dici possit ꝙ est primus in ordine compositiuo cui non repugnat neq̄ demonstratio quia neq̄ propter quid sicuti neq̄ duobus alijs ordinibus queadmodum a nobis in precedentibus abunde fuit declaratū. Habent etiam ⁊ hoc due famose opiniones incōmodum ꝙ non possunt vel probabilem afferre causam ob quam Galenus totam artem medicinalem sub quodam compendio traditurus de artis logice methodis volueris prohemiari:

Cōtra hali

nam quod ait Hali fuisse id Galeni propositum statim nos ad studiū dialetice excitare: huius cause assignatio preter id ꝙ incidit in repugnantiam vt supra notauimus i alteri subijcitur note. Neq̄.n. vlla ratio afferri potest cur Galeno in hoc prohemio precipue libri artis parue tali genere exhortationis vti libuerit vbi videlicet minime fuit necessariū quoniā in eo libro vt Galenus inquit non plene demonstrationes: sed eorum que alibi latius fuere demōstrata quedam veluti conclusiones tantūmodo contineantur. Adde ꝙ hec eadem exhortatio circa finem eiusdem libri superfluo repeteret: vbi Galenus facta omniū librorum suorum quos secundum vberiorem doctrinam ꝯscripsit cōmemoratione admonet nos priusq̄ ad eorūdem librorum lectionem perueniamus: in libris de demonstratione debere exercitari ⁊ recte admonet quoniam in his illa latissime demonstrantur que in arte parua per modū veluti conclusionū breuissime perstringuntur. Quare illorum quidē librorum nomine ea exhortatio fuit quodāmodo necessaria: sed libri artis parue gratia fere supuacua. Plusq̄ cōmentator vero preter hanc ⁊ aliā inuit eiusdē prohemij rationem: statim.n. in principio expositionis scribit hec verba. Traditurus medicinā scilicet Galenus sub insueto genere docendi sciētias operi premittit prohemium de diuisionibus doctrinarum vt eliciat quam intendit. Ego autem non puto doctrinam diffinitiuam esse insuetum docendi genus cū fuerit ex parte etiam apud Aristotelē vt nos antea ostendimus vsitatū: quo etiam teste Galeno quidā Herophili sectatores ⁊ Heraclides Erethricus vsi fuere. Quare inconsuetum docendi genus potuit dicere verius esse doctrinam resolutiuam quam se solum scripsisse galenus gloriatur. Ratio autem probabilior ob quam Galenus voluerit librū suum ab hac oratione exordiri. Tres sunt omnes doctrine ordini inherentes est ista quia cum sint tres ordines generales qui seruari possunt in tota aliqua scientia docēda: scilicet resolutiuus cōpositiuus ⁊ diffinitiuus: voluit statim nobis notificare quem ex his tribus in arte parua esset secuturus scilicet diffinitiuū: ꝓpter totius scientie medicinalis compendiosam traditionem ⁊ memoriam illorum que sub illo ordine docerentur faciliorem. In multas etiā alias incidunt tā Cōciliator q̄ etiam Plusq̄ cōmētator difficultates quas non possunt subterfugere vel verisimili ratione dissoluere. Nā si per doctrinas ordinarias docendi modos seu methodos logicas sicuti demonstrationem quia ⁊ propter quid Galenus intellexit: cur his non annumerauerit diuisiuā: cur non etiam diffinitiuam que docet artem diffiniendi? de qua Aristoteles ac Theophrastus apud grecos Boeti⁹ ⁊ alij apd latinos tam accurate scripsere. Si diuisiuā dixerint fuisse a Geleno a numero doctrinarum que ordinarie dicuntur exclusam quoniam nihil probet non animaduertent se Galeni sententiam volētes interpretari ipsum sibi ipsi facere repugnantem: qui multis in locis idē munus constituendi omnes artes ex opinione Platonis tribuit diuisiue quod tam Conciliator q̄ etiā Plusq̄ cōmentator dant resolutiue qualiscunq̄ ipsa sit siue demonstratio quia siue propter qd.

Cōtra plusq̄ cōmētatorē dicētē doctrinā diffinitiuā eē isuetū docēdi genus.

Diuisiue mun⁹ oēs artes cōstituere

Anceps locus diffimulatus a cōciliatore ⁊ a mōacho

Anceps sane locus ⁊ nequaq̄ ab illis dissimulandus qui inter se de opinione Galeni super tribus doctrinis tam operosa disputatione contenderunt. Oportuit.n. ipsos cum de Galeni opinione disceptarent eundem Galenum non Aristoteli a quo non raro dissentit: sed magis Platoni cuius semper summus fuit imitator ostendere cōsentientē: q̄q̄ neq̄ cū dicūt doctrinā diuisiuam nihil probare atq̄ ideo non esse ordinariā omnino in hoc placent Aristoteli qui libro secundo resolutoriorum posteriorū vult methodum diuisionis probare aliquid: sicuti et inductionem licet neutra earum sillogistice probet.

Diuisiua aliqd probat s̄ꝫ Aristotelem.

Inductionem sane Aristoteles in primo statim initio libri primi posteriorum resolutoriorū inter alias doctrinas intellectiuas numerat que ex antecedenti fiunt cognitione vt etiā antea diximus. Sed viā diuisionis esse certiorem via inductionis censet Auerois in expositione libri quinti Aristotelis de naturali ausculatione cōmento septimo: vbi ait. Aristotelē postq̄ enumerauerat illa per que determinātur species motus ex inductione velle enumerare eadē secundum diuisionē que est via certior. Quare sequitur secundum cōmentatorem ꝙ si inductio doctrina aliqua sit siue aliquid doceat multo magis diuisionem siue methodum diuisionis esse doctrinam ⁊ debere alijs doctrinis etiam secundū peripatheticos annumerari.

Via diuisiua certior est inductiua secūdū Aueroim

Galenus vtitur methodo diuisiōis ad ꝓbandum morbum cōmunē.

Galenus sane in libris suis frequenter vtitur methodo diuisionis siue ad probandū aliquid siue docendum: nam aperte ait in libro de differentijs morborū cui titulus est apud neotericos De accidenti ⁊ morbo per methodū diuisionis ostendi nō esse plura morborū genera q̄ illa que ipse inibi numerat vel membris similaribus vel dissimilaribus ꝓpria. Solutionē vero ꝯtinuitatis esse morbū vtriusq̄ cōmunem: in libro autem de febribus ad glauconē dicit errores medicorū quācūq̄ heresim profiteantur maximam atq̄ precipuam habere causam vitiū diuisionis.

Plato

Plato vero hanc eandem methodum diuisionis adeo extollit atq̄ admirat̄: vt in dialogo qui inscribitur Phedrus dicat ex persona socratis se hominis qui diuidendi artem recte pertractet a tergo tanq̄ dei vestigia respicere. Equidē miror fuisse aliquos qui talem qualē nos conamur refellere de methodo diuisionis opinionē tam a Platonis dogmatibus abhorrentē Galeno homini Platonico ascribere ausi sint. Sed fac ipsum fuisse vt sane in multis fuit Aristotelicū: nō ne altero simili de doctrina diffinitiua implicantur errore? de illa loquor de qua Aristoteles ꝑcepta accuratissime tradidit. Nā hāc quoq̄ volunt fuisse a Galeno exemptam de numero doctrinarum ordinariarū que tamen tanto dignior est doctrina demonstratiua quanto cognitio principiorum certior est cognitione conclusionū quanto etiā est illa doctrina prestantior que rei essentiam explicat q̄ que accidentia substantiam cuipiam inesse demonstrat. O quanta dignus foret Galenus reprehēsione si suam doctrinam diffinitiuam nihil probantē atq̄ ideo vt videtur sentire Plusq̄ cōmētator nihil docentem sed tantum ad memoriam facientem alijs

Diffinitiua demōstratiua dignior

duabus doctrinis ordinarijs annumerasse alterā au
tem docentem diffinire: rem tantopere in omni phi
losophie genere expetendam pro doctrina inordina
ria repudiasset. Qui quidem audent hanc adeo ab-
surdam Galeno tribuere opinionez ꝙ videlicet do-
ctrina que docet diffinire non sit vera doctrina non
parum videntur ipsum Galenum infamare: nō pa-
rum etiaz Aristotelis detrahere existimationi: qui cir
ca artem diffiniendi tantum opere studijqꝫ consum-
pserit: ⁊ nihil aliud nisi doctrinam inordinariaz per-
egerit: qui sapientis officiuz esse iudicauit posse diffi
nire. Que facultas si vana foret nullus esset actus sa-
pientie in quo vltimum finem hominis ille philoso-
phus collocauit: atqꝫ ita ad incertum vita humana
laboraret. Uiderint autem tam Conciliator q̃ꝫ etiam
Plusq̃ꝫcōmentator ne non modo veterum placita
destruant: sed etiam sibi ipsis repugnantia scribant.
Nam si doctrina diuisiua non sit vera doctrina non
erit neqꝫ diffinitiua ⁊ si diffinitiua non sit: nō erit ne-
qꝫ demonstratiua diffinitio si quidem principiuz est
demonstrationis: ad diffinitionem autem inuenien
dam diuisio est necessaria. Quare si due p̄me doctri
ne vacilabunt lababit ⁊ tertia: patet ergo ipsos neqꝫ
veteribus neqꝫ sibi ipsis in suis scriptis consentire.

Plusq̃ꝫcō mētator: ⁊ Cōciliator pīclitanf sibi ipsis re-pugnare

Non possunt etiam verba Galeni que in prohemio
artis parue scripta īueniuntur suis ostendere opinio
nibus consona. Naz prima expositio Plusq̃ꝫcōmen
tatoris verborum illoruz Galeni tres sunt omnes do
ctrine ordinez habentes: prima ex notione finis que
per resolutionem fit: omnino est dissona grece littera
ture secundum quam illud relatiuuz que: non potest
referre notionem finis sed doctrinam tantū ⁊ vt etiā
antea ex Simplicij atqꝫ ipsiꝰ Galeni auctoritate fuit
declaratū: notio finis nō fit ex resolutione sed ante-
cedit resolutionem. Ait Galenus in prohemio dicto
neminem ante ipsum scripsisse doctrinam ex notio-
ne finis incipientem ex qua omnes artes consistunt
secundum rationez vt habet antiqua translatio quaz
exponit Plusq̃ꝫcōmentator. Sed mirū quantuz hic
expositor a vero Galeni sensu deerret dum conatur
ostendere primum Galenum in scientia medicinali
tradenda vsuz fuisse demonstratiua doctrina que ex
prioribus probat: quaz idem Plusq̃ꝫcōmentator pu
tat esse resolutiuam. ex qua Galenus dixerit omnes
artes consistere secundum rationem: neqꝫ hic veram
intelligens relationem illius verbi que: quod refert
notionem finis ⁊ non doctrinam vt antea diximus.

Plusq̃ꝫ cōmentator mirabiliter a Galeno deuiat

Causa inquit Plusq̃ꝫcōmentator pp quam antiquo
rum nullus in medicina tradenda vsus fuerit ista do
ctrina quia in alijs nō dubitamus philosophos qui
precesserunt Galenum sicuti Aristotelez ⁊ alios ipsa
vsos fuisse: quia hec doctrina valde difficilior est cō-
positiua. Facilius eniz est videre ꝙ homo habeat fe-
brem quia habet ea que consueuerunt concomitare
febre que sunt dolor capitis sitis pulsus spissitudo ⁊
itensio coloris vrine ⁊ similia q̃ꝫ discernere pp quid
habet febrem quia habet putredinem calefacientē.
Antiqui eniz quasi rudes ⁊ primi scriptores de medi
cinalibus a sensibilibus incohantes a posterioribus
venerūt in nō sensibilia ⁊ priora. Hec omnia ad litte
raz Plusq̃ꝫcōmentator quem nollez tam male de an
tiquis medicis iudicasse cum presertim Galenus cu
ius comparatione eosdem medicos veteres depri-
mit Plusq̃ꝫcōmentator ipse inq̃ꝫ Galenus fateatur
plures ex illis fuisse non solum in medica sed etiam
in logica arte preclaros veluti Herophilus quez ob

Cōtra plusq̃ꝫcōmētatorez male de ātiqua medicina sentientez

Herophilus

precipuam differendi facultatem dialeticum nomi-
nat atqꝫ Philotimuz eius condiscipulum ⁊ amborū
preceptorem Praxagoram qui ab Esculapio origi-
nem duxit ⁊ cum his atqꝫ ante hos Erasistratuz Dio
clim Mnesitheum Dieuchen Philistionem Plisto
nicum: ⁊ Hippocratem ipsum quibus Galenus cō-
queritur in primo libro artis curatiue ausuz se prepo
nere Thesalum quendam omnis methodi ⁊ demon
strandi scientie ignarum. Atqui si libuit Plusq̃ꝫcom
mentatori omnes prisce etatis medicos damnare he
betudinis: non debuit profecto intra eandem Aleaz
etiam Hippocratem ponere: ex cuius Phisiologia
multa Platonem Plurima etiam Aristotelem acce
pisse pluribus in locis Galenus testificatur qui etiaz
in libro cui titulum fecit ꝙ optimus medicus sit etiā
optimus Philosopus hoc ipm nullius alterius: sed
tantum Hippocratis probat argumento qui non so-
lum medicā facultatem sed omnes philosophie par
tes fuerit adeptus. Cuius etiaz imitatione alios me-
dicos exhortatur ad artem logicam capescendaz tan
tum a vero abest id quod scripsit Hali ⁊ vulgus me-
dicorum postea credidit fuisse quidem Hippocratez
medicum excellentem: sed logice artis expertem: so-
laqꝫ ingenij bonitate tantuz quantus habetur ab om
nibus medicuz euasisse. Quare si nihil aliud hoc vnū
saltem Galeni de Hippocrate testimonium probare
possit falsum esse Plusq̃ꝫcōmentatoris de antiqua
medicina iudicium. Unde ⁊ falsa esse expositio con-
uincitur per quam īnuit primum Galenum ex medi
cis vsum fuisse doctrina resolutiua per hanc intelli-
gens demonstrationem propter quid quam nulli an
tiquorū propter rationis subtilitatez potuerunt attin
gere. Sed quātuz pertinet ad dignotionē febris neqꝫ
ipse Galenus arbitratur aliam esse methoduz magis
artificiosam per quam possimus morbos latentes et
eorum causas perquirere q̃ꝫ ex accidentibus que sūt
posteriora. Sic.n. ⁊ ipse decerit in libro de ꝯstitutio
ne artis medicinalis: vbi quēadmodum vera metho
dus huius partis totius scientie medicinalis iuenia-
tur ostendit. Neqꝫ vero cum eandem methodum ad
particulariora deducit: quod facit i libro qui apud
Latinos de interioribus inscriptus est aliam sequi-
tur ad membrorum intrinsecas passiones inuenien-
das doctrine rationem. Quare si medici veteres qui
hac incessere via rudes fuerunt iudice Plusq̃ꝫcom
mentatore Rudis etiam Galenus fuit qui eandem
viam secutus est: ⁊ alios docuit. Sed multo etiaz ma
ioris ignorantie arguuntur antiqui medicine iterpre
tes ex sententia Cōciliatoris si neqꝫ ex effectibus qđ
sit humane rationi facillimum sciuerint demonstra-
re. Quis enim nō videat hoc sequi? si p̄mus ex ipsis
Galenus doctrinam ex notione finis. i. ex effectibus
procedentem. Sic.n. exponit Conciliator in scientia
scripserit medicinali: ex qua doctrina vt idez censet
Conciliator omnes artes consistunt secundum ratio
nem. i. doctrine secunduz quas facilius procedit hu
mana ratio ⁊ qualem sunt in quibus seruatur pro-
cessus quia. Nam sic etiaz exponit verba Galeni Cō
ciliator vel Jacobus forliuiensis ꝑ Cōciliatore. Que
sane expositio viderim facit antiquos medicos non
dico homines rudes atqꝫ hebetes vt iudicat Plusq̃ꝫ
cōmentator: sed plane asinos extitisse qui illum etiaz
processum ignorauerint qui sic humanam habenti ra
tionem expedit. Hanc tamen vetustatis infamiam
tentauit Jacobus per alia verba quodāmodo excu-
sare inquiens nullum medicuz ante Galenū sciuisse

Philotimus
Praxagoras
Erasistra
Diocles
Mnesitheus
Dieuces
Philistonicus
Hippocrates: omnes medici atqꝫ philosophi.

Plurima ex Hippo. Platonē ⁊ Aristotelē accepisse.

Optimus medicus optimus phus.

Ex opinione Cōciliatoris antiq medici maioris inscitie arguunf q̃ꝫ ex opinione monachi.

effectus debitos ⁊ secundum ordinem in aliqua doctrina totali in suas causas resoluere. Sȝ neqȝ Galenus sciuit hoc facere vt manifestum se reddit in tertiodecimo artis curatiue vbi agit de medicinis dolorum qui ex venenis proueniunt quas dicit nõ ratione sed sola experientia cognosci: ⁊ vbicunqȝ fatetur plurima esse quorum cause sunt inexplicabiles: quoniam non a qualitate fiunt manifesta sed a tota substantia quam formam specificam vocant: neqȝ etiam Galenus vsqȝ totius scientie medicinalis doctrinaȝ ita ordinauit vt semper vtatur demõstrationibus qa: ⁊ non aliquando propter quid. Quare vt venerabilem antiquitatem tanta ignorantia ⁊ simul Galenuȝ inanis iactantie suspitione liberemus illud dicamus quo nihil fit credibilius quod etiam antea diximus.

Aliquos effect⁹ impo͛e est in suas cãs resoluere

Primuȝ Galenum sub tali ordine qualeȝ nos declarauimus resolutiuo totam artem medicinalem docuisse cum nulla extent de medicina scripta que dictuȝ ordinũ in tota medicina tradenda seruent: adeo vt bono periculo possumus asseuerare Galenum primum non modo ex medicis sed etiam philosophis doctrinam scripsisse ex notione finis incipientem ⁊ ordine factam resolutiuo. Qȝ si etiam vltimuȝ fuisse dixerimus non procul a vero deflexerimus: neqȝ enim obstat id quod de se scribit Haliabas q̃ modum ellegerit doctrine diuisiuũ: nam vt etiam antea sepe declarauimus aliud ẽ modus doctrine aliud ordo: neqȝ repugnat modus doctrine diuisiuus ordini doctrine cõpositiuo ⁊ nihil insuper obstat esse quinqȝ modos doctrinaruȝ quot haliabas enumerat. Ordines vero tantummodo tres quãuis videatur neqȝ ipse Haliabas sciuise doctrinarum modos ab ordinibus seperare atqȝ distinguere ⁊ ideo ansam dedisse posterioribus tot ac tantaruȝ de numero doctrinarũ altercationuȝ. Ait enim idem Haliabas Galenum in arte parua vsuȝ fuisse modo doctrine diffinitiuo: quod tamen falsuȝ est: cum in eo libro Galenus neqȝ doceat diffinire neqȝ semper diffiniẽdo procedat. Sicubi vero Galenus seruauit modũ doctrine diffinitiue hoc fecit in libro qui ad ipsum refertur auctoreȝ sub titulo diffinitiones medicinales: in quo libro omniũ fere rerum de quibus in medicina tractatur sole scribuntur diffinitiones. Sȝ redeamus ad Plusq̃ȝcõmẽtatorem qui ⁊ si cum minori dedecore veterum medicorum non minus tamen ⁊ ipse barbare q̃ȝ Conciliator atqȝ a vero Galeni sensu dissone exponit eadem verba Galeni que in veteri translatione ita scripta leguntur. Nemo tamen ante nos scripsit eaȝ que ex notione finis incipit ex qua omnes artes consistunt secundum rationem. i. vt Plusq̃ȝcõmentator exponit ex qua extrahitur quesitum in omni arte per viam rationis. i. per causam cuius expositiõis falsitatẽ ostendit liber Galeni de constitutione artis medicinalis ⁊ antea a nobis super hoc allegatis: in quo libro Galenus per eadem fere verba eandem scribit sententiam ex veterum philosophorum auctoritate q̃ videlicet vnicuniqȝ arti a notione finis sua fit constitutio ⁊ per notionem finis neqȝ causam remotam neqȝ effectum postremum intelligit sed finem artis mente conceptuȝ vt supra declarauimus. Per artes etiam hoc ipso in loco Galenus intellligit neqȝ soluȝ scientias speculatiuas in quibus est vsus demonstratione propter quid vt intelligi vult Plusq̃ȝcõmentator neq̃ȝ solas actiuas vel factiuas que ex effectibus et omnino ex posterioribus ratiocinantur quemadmodum opinatur Conciliator sed vtrasqȝ vt plurimum artium exemplis manifestat quorum alie finem habent opus alie contemplationeȝ. Adeo illi duo Galeni expositores quanto ingeniosius studuerunt verba eiusdeȝ Galeni antea dicta interpretari: tanto magis a vero illorum sensu deuiarunt: verba etiam illa Galeni de suis libris quibus licet vti ad tres doctrinas neuter potest auctor sue opinioni stante verborum eorum serie vt iacẽt accõmodare. Quare coactus est Plusq̃ȝcõmentator non solum verba sed etiã sensuȝ figura insueta frustra accersita peruertere. Lõgior fuerim: si velim etiam alias adducere rationes vtranqȝ opinionem probantes: longe a vera Galeni sententia deerrare. Possunt eniȝ hec que iaȝ a nobis sunt dicta sufficere: si etiam illa addentur quibus se mutuo vtraqȝ opinio destruit cuȝ hoc ipsum fit maximum duarum opinionum falsitatis argumentum q̃ dico pari auctoritate magistri tantum in illis opinionibus sibi inuicem aduersantur: quantum duo contraria que simul quidem faba esse possunt simul vero veritatem continere non possunt. Unde illud est cõsuetum vt scindente se in duas partes turba scholasticorum: questio de doctrina resolutiua nonduȝ satis fuerit resoluta. Nos vero si qui futuri sunt qui nõ se adeo auctoritatibus manciparunt quin possint ẽt fauere atque accedere veritari: speramus his multum caliginis multum adimisse tenebrarum. Quare sicuti pridem a medicis qui in operibus artis exercitantur gratiam exegimus tiro serpente indicato queȝ illi ex egypto vsqȝ queritabãt cuius tamen foret magna in italia abundantia: ita nunc a iuuenibus medicine studia emulantibus poscimus dempto illis taȝ longo dispendio de tribus doctrinis secundum Galeni opinionem disputandi. Hec enim questio modo quo fuit hactenus in publicis litterarum gymnasijs pertractata perplexas habet ⁊ inexplicabiles dubitationes. Secunduȝ autem opinionem nostram si ad doctrinarum ordinem transferatur tam facileȝ habet explicationem vt me peniteat in ea dissoluenda taȝ multa verba consumpsisse. Sed non facile fuit inueteratas opiniones illoruȝ presertim qui habentur etate nostra non solum in medicina: sed etiaȝ in omni philosophia admirabiles ex animis hominuȝ qui vt assueti sunt ita loquunt̃ tentare abolere. Atqȝ vtinã hic noster conatus non modo temerarius sed pone furiosus a pluribus non iudicetur: sed sentiant alij quid velint. Nos hec omnia animo non ad ostẽtationem: sed solam veritatem spectante scripsimus de tribus ordinibus doctrinarum secunduȝ veraȝ (nisi nostra fallimns opinione) Galeni sententiam: quibus si forte plures inueniantur: nos tamen de illis disseruimus: quos Galenus precipue approbauit: sub quibus ⁊ ipse totam scripsit medicinalem scientiam sed sub duobus compendiosam sub tertio vero vberiorem faciens tractationem. Et hoc quidem breuissimo epilogo nostra omnis hec disputatio quadaȝ veluti coronide terminetur.

Haliabas nesciuit modos doctrinaȝ ab ordinibus separare.

Liber ad Galenum relatus qui inscribitur diffinitiones medicinales.

Cõciliator ac Monachus q̃ȝto ingeniores tãto magis a Galeni sensu deuiarunt

¶Cesar optatus neapolitanus: Laurentio laurentiano florentino. S.D.

MEMINI Laurentiane duz in etruria medicinā publice profitebamur lr̄arū nos calamitatē amicis (vt fit) sermonibus identidem esse conquestos. Quare daturum te operam pollicitus es vt sexaginta illa Hippo. volumina totidēq3 Galeni opera tua lima reformata in vsum latinum ederentur. Tantumq3 abfuturum vt garrientium maledictis ab honestissimo proposito deterrereris: vt hoc potius ad scribendum excitare te possit. Nunc igit̄ letatus sum sūmopere tuz ꝙ Galeni libros de differentijs febriū ꝛ latinos feceris: ꝛ candidos ad nos miseris: tum maxime ꝙ tumultuante passim italia a proposito ꝛ sepissime promissis minime destiteris: perge mi Laurentiane nam qui aliter pleniore officio etatem nostram ac posteritatem tibi deuincias probisq3 ingenijs satisfacias? Nosti.n. quantum hec a doctioribus ꝛ bene institutis desiderentur: ne tam diu ꝛ tam turpiter cum barbaris ꝛ ineptis scriptoribus versari cogamur. Adde ꝙ non modo barbara sunt ꝛ inepta que passim medici ex grecis habemus. Sed inuersa ac prorsus deformia: adeo vt melius cum re medica actum existimauerim si semper caruissemus his q̄3 male haberemus. Mirum dictu esse homines quos inculta hec delectent. Et diligentia omnisq3 humanitas apprime displiceat: an quia senticosissimi sunt ideo ab omni cultura abhorrent? Sed colluctentur licet inter indomita ac prerupta frugem nihilo mitiorem reposituri. Nos vero te duce qui vtraq3 lingua es absolutissimus planiora ac molliora sectabimur: cuius etiam stomachi est Franciscus iacetus florentinus Platonicus amicissimus noster. Nobiscum etiam sentit Nicolaus leonicenus vir litteratissimus ꝛ in medicina Hercules: nā non minus idem q̄3 tu in vertendo Galeno quottidie versat̄: sed plinij: Auicēne: ꝛ recentiorum errata rationibus validissimis: auctoritatibus etiaz Hippo. Gale. Pauli Nicandri Oribasij ꝛ Dioscoridis nixus conatur euertere. Interim nostras medicine diuisiones cudimus mox in lucez ꝓdituras. Uale Uenetijs. M.D. kalen. Januarij.

¶Galeni de differentijs febriuz liber primus interprete Laurentio laurentiano.

¶Que nam sint febriū differentie principales ꝛ vt essentia febriū sint in gn̄e caloris ꝑter nām. CAP.I.



Ifferētie febriū maxime q3dez ꝓprie ac maxime ꝑncipales ꝑm substātiā: alie vero scd̄m aliqd̄ accn̄s sūt. At v̄o cū accn̄tiū non vna nā sit: Sed alia ꝓpingora magisq3 ꝓpa diuise substātie sint: alia v̄o remotiora ac magis aliena. Jccirco inde ēt sumēdo dr̄ias minime vnū gen⁹ ē. Ceterꝝ maxīe peccāt qcūq3 dr̄ias ꝑncipales ac maxime ꝓprias omittunt. Deinde qcūq3 mentionē faciunt haꝝ: sed ꝑmiscēt cū eis dr̄ias accn̄tales equalr̄ oēs minime discernētes vtiles ab inutilib⁹. Non solū aūt peccant pleriq3 medicoꝝ in ipsis dr̄iaꝝ gn̄ib⁹: aut vltra q̄3 sit necessariū mentionē facientes inutiliū: aut minus q̄3 sit necessariū nō nullas vtiles omittētes: sed ēt diuidendo gn̄a ipsa in ꝓpas dr̄ias silr̄ errāt. Cū igit̄ primū dr̄iaꝝ genus sit ab ipsa diuise rei sub̄a sūptū videre l3 nō nullos medicos ꝑtermittētes vniuersuz hoc genus: alios vero diuidendo plura q̄3 opus sit attingentes: aut necessaria quedā omittētes. Atq3 Hippocrates optime fecit diuisionē libro. vj. epidemiaꝝ: Dictio h3 in hūc modū. Febres he qdez mordaces manu ipsa: ille mites sunt: alie minime mordaces s3 increscētes: nōnulle acute sunt: s3 ab ipsa manu deuicte: quedā statim ardentes: quedā v̄o semꝑ debiles sicceq3 sūt: alie affixe visu terribiles: alie manu ipsa hūide: alie rubicunde: alie crocee: alie liuide: ꝛ alia istiusmodi. Perspicue.n. hoc loco ab ip̄a rei sub̄a simul atq3 ab ipsa cognitōe in ꝓpas dr̄ias fecit diuisionē: eēntia.n. febriū est in gn̄e caloris ꝑter nāz. Dr̄ie v̄o caloris he qdē ab eo qd̄ est magis ac minus ducūt̄ atq3 ab ipsa mā in qua calor ille ꝑter nām existit atq3 ab ipso mouendi mō: quas oēs adiūgens mō cognitiōis scripsit quēadmodū ꝓcedente sermone docebimus. Que igit̄ ab eo qd̄ est magis ac minus ducūt̄ in hoc gn̄e dr̄ie medici noiant: magnā ac ꝑuā febrē dicentes minime ꝓprie qualitati deferentes vocabulū quātitatis: tn̄ ita ꝯsueuerunt nō solū in q̄litate sed in multis alijs facere hn̄tib⁹ in q̄litate ipsa soliditatē: q̄ tn̄ magna ꝑuaq3 noiant̄. At vero dr̄ie que de mā ducunt̄ in qua calor ille ꝑter nāz existit maxime ꝓpe caloris ꝑter nāz sunt: siue corpus ip̄m cordis ꝑhendat siue hūores cōditos in ipsis vētriculis. Reliqua autē ac tertia dr̄ia est vbi aeris sub̄a sola admoduz incaluerit. Corpora v̄o solidiora atq3 humida caleant qdem sed nōduz incaluerint: nō.n. ꝑui refert calere atq3 incaluisse. S3 disces potissimū id qd̄ volumus in his exēplis. Finge aquā calidā inditā lebeti frido: deīde ab ea ipsa aqua calefieri pre vicinitate ipsius lebetis corp⁹: nōdū aūt vniuersuz exq̄site incaluisse. Et rursus finge in calīm atq3 ignitū lebetē frīm aquā inditā deinde calefieri qdez: nōdū aūt incaluisse. Ex his exēplis in scd̄o qdem prima febriū dr̄ia est: quas corpus ip̄m cordis ꝑhēdisse docuimus: in ꝑmo aūt scd̄a vbi ꝯditos in vētriculis humores occupasse diximus. Reliq̄ āt ac tertia dr̄ia exēplū penitus sil'e minime h3: sed cognitōis cā finge eneuz follē trahentē ad se aerē admodū calīm: deinde calefieri ab eo: nōdū aūt incaluisse. S3 exēplū magis īdicabit nām rei: si fingeres in folle cōtineri humorē: atq3 adhuc magis si foramina follis ꝑ que trahit atq3 emittit aerē ita āgusta efficeres vt humori qd̄ impuia aeri vero ꝑuia forent. Qua in re potissimum dissidēt nāe opa ab his que hoīes ipsi efficiūt. Et.n. sub̄a aeris ꝑmiscet̄ cum sanguie in oīb⁹ arterijs ex multis foramīb⁹ ꝑiter spirātib⁹: ac nihilomin⁹ ī ip̄o corde quoniam per eas omnes discurrit.

¶Calorē accendi interdū in spiritib⁹ interdū in humoribus interdū in ꝑtibus aīalis solidioribus quas Hippocrates ꝯtinentia noiauit. CAP.II.

h Ic ergo calor quez diximus appellari febrez alias ex alio de ꝑdictis icipit. Occupat aūt ac simul disponit cū ꝑte affecta reliqua duo gn̄a. Facillime ergo calor ex humorib⁹ ad spm̄ trāsmeat: minus

vero ꝓmpte humores cum spū igniunꝭ atqꝫ ēt solidū corpus ꝓmptius tribuit calorē humoribꝰ aerieqꝫ sustantie q̄ꝫ ipsum ab illis accipiat: oīs .n. subā tenuis facilius q̄ꝫ crassa alteraꝭ. Tenuissimus āt aer crassissima aūt corpora solida sūt humores medio gn̄e ambigūt. Nec qcq̄ꝫ refert pn̄ti loco spm̄ vel aerē appellare: nā de his alibi fusius diffinitū iā ē: nūc v̄o sufficiet illud tātūmō scire qꝺ puto Hipp. indicās dixit. Cōtinētia ac ꝯtenta ⁊ ipetū facientia: cōtinentia qdē appellās ipsas corꝑis ꝑtes solidiores: ꝯtenta aūt humores: ipetū vero facientia spūs: febrilis ergo dispō alias ex alio de p̄dictis icipit. Sed in ꝑmo gn̄e affecti corꝑis minime ꝑmanet: sed occupat reliqua duo: ac nisi ꝑus soluaꝭ ꝓcessu tꝑis illa sil̄r afficit atqꝫ hec summa sermonis est. Sed opꝫ ea que dicta sunt indicare cognitionēqꝫ vniuscuiusqꝫ gn̄is febriū ꝑcurrere. Statim itaqꝫ de gn̄atione earuꝫ dicere aliquid opus est.

¶ Quo nam modo febris ephemera .i. diaria ex cāis primitiuis atqꝫ euidentibus prehendat. CAP. III.

e **X labore** ergo iracūdia merore calore frigore isomnia cruditate temulētia ac repletōe quosdā febricitare cūctis hoibꝰ ꝑspicuū est ab ipso rei effectu edoctis: qn ēt vt pestilens aeris ꝯditio afferat febrē minime ignorāt qcūqꝫ itellectu ꝑticipāt: quēadmoduꝫ vt ꝯuersari cū his qui peste laborāt fallax sit: affici .n. ꝑiculū est q̄ſi scabie quadā aut lippitudine. Fallax p̄terea est ꝯuersari cū his qui tabe tenenꝭ atqꝫ in totū cū oībꝰ qui putridū expirant ita vt domicilia in qbꝰ habitāt grauiter oleant. Cōstat p̄terea ex lōgo rerū vsu vt qui ꝯsuetudinē exercitatiōis omiserint vt alijs multis morbis ita febribus corripianꝭ. Et itē vt repletio gn̄et febres atqꝫ etiā praui cibi ac medicamēta ⁊ estus circa canis sideris ortuꝫ: ⁊ alia huiusmodi cūctis hoibus vt ita dixerīꝫ ꝑspicuū esse. Que v̄o ab ipsis i corꝑibꝰ nr̄is fiat affectio ex qua febricitamus minime sciūt neqꝫ pleriqꝫ hoīuꝫ neqꝫ qdā medicoꝝ. Duplex .n. genus ignorātiū talia est: alterū .n. ab ipsa exꝑiētia tātūmodo astruens tāq̄ꝫ nulla entiū nā rōne possit iuestigari. Alterū aūt genus est eoꝝ qui sapientes qdē videnꝭ sed cuꝫ ignorent eque q̄ꝫ priores sciētī̄ hn̄t existimationē. Ignorare aūt eos ꝯtingit q2 nullaꝫ hn̄t rōnalis discipline exercitationē ex qua cognoscunꝭ ac discernunꝭ verisimilia ab his que vera sunt: q̄re neqꝫ iuenire neqꝫ idicare aliqd pn̄t: q2 ꝓbabiles ꝓpōnes nō nouerūt distiguē ab ipsis sūptōibꝰ dm̄rātiuis. Huic āt inscitie insolentia accessit ob quā nōnulli ex eis in tātā audaciā atqꝫ amentiā deuenerūt vt ea que oēs hoies cognoscūt exꝑientia ipsa edocti neqꝫ ea qdē ipsi febriū cās hr̄i cōprobēt. De qbꝰ cū libro de cāis ꝑmitiuis abūde docuerim nihil opus est hoc loco mētionē facere temerarie loquacitatis eoꝝ. Neqꝫ .n. ꝯ̄dicere neqꝫ soluere sophismata hoc libro institui: sed istituere ac docere subijciendo ea que alibi a nobis sunt demonstrata: ac docēdo differentias febriū. Subijciūt ergo calitatē fr̄itatē siccitatē atqꝫ humiditatē esse elementa corpoꝝ ac fieri ꝑmas egritudines ex intēpie hoꝝ e qbꝰ vna febris existit quotiens calor qdā p̄ter nām in corde extiterit. Drīe aūt ꝑm genus caloris de qbus pn̄s sermo tractat ab ipsa māeꝝ drīa ducunꝭ suscipientiū igneaꝫ caliditatē. Cūqꝫ tres sint scd̄m genus aut enim in ipso corpore cordis: aut in humoribꝰ accēdiꝭ: aut in spiritu: ꝑueniunt nōnulle cāe oībus manifeste de qbꝰ paulo ante docuimus qbus empiricus medicus ex obseruatōe ad curationem remedijs abundat. Rōnalis v̄o ad ipsam rei naturam accedens demonstratiue ab illa in futurorum presensionē atqꝫ inuentionē curatōis iuuaꝭ vtens oibus qdē exꝑientia ipsa inuentis adijciens aūt multa ex docendi via rōnali. Que ergo sint per vtrāqꝫ ꝑteꝫ inuenta exꝑimentū intelligo ac rōnē alio loco docuimus. Que vero dispō ab vnaquaqꝫ cā ꝑmitiua i corpore ꝯsistat accēdēs febrē hac ꝑte docere istituimus.

¶ Multas esse cās caloris p̄ter nām ex qbus gigniꝭ febris quotiens suscipientia corꝑa ꝓmpte se hēant ad ꝯtinendā diutius caliditatem. CAP. IIII.

c **Um ergo** videamus nō vnū moduꝫ neqꝫ gn̄atōis neqꝫ auctionis calitatis qn̄ ne ipsius qdeꝫ ignis modus vnus est. Sed gigniꝭ aut ꝑꝑ motū aut ꝑꝑ putrefactionē aut ꝑꝑ ꝯuersationē alterius caliditatis aut ꝑꝑ supp̄ssionē calidi effluuij: aut ꝓpter ꝑmixtionē calide subē tāq̄ꝫ de fonte quodā ebulientis aut genite .s. ad nr̄m sensum aut augentis caliditatem necesse est oēs febriū cās in p̄dictos modos reuocari: quēadmoduꝫ estus est: siue ex ipso sole actio talē hēat appellationē siue affectio que i corpore efficitur siue ea que iam effecta est. Nam ⁊ id caliditas est p̄ter nām: nōdū tn̄ febris nisi cor ipm̄ ꝯcalefecerit. Et .n. totū hoc genus cāe ex ꝯuersatōe efficiꭍ rei calefacientis: siue soli siue ignis siue medicamentū fuerit id qꝺ calefacit extrinsecus attingēs aut ꝓpinquās aut ꝯuersans aut quouis alio modo libeat appellare. At vero iracūdia quasi ebulitio quedā ac motus vehemens est irascentis facultatis in ipso corpore cordis residentis. Concalescit aūt interdū cū ea spiritus atqꝫ īterdū sanguis: ⁊ si ꝓmpta se hēant suscipientia corpora ad ꝯtinēdū diutiꝰ caliditatē: ⁊ q̄ꝫuis ipsiꝰ cordis motus destiterit hec ꝑmanent calida preter nām tunc febricitare hoieꝫ necesse est. Hec ergo febris ꝑncipiū hꝫ motū atqꝫ ebulitionē natiue caliditatis. Febris aūt que ex merore ꝯsistit nō isuꝑ ebulitionē sed motū tantūmodo principiū hꝫ. Si aūt ex labore efficiaꝭ ꝑncipiū qdē hꝫ motū ampliorē musculoꝝ ac neruoꝝ ⁊ copularū ⁊ articuloꝝ que qdē prima calefiūt. Calor aūt ꝯtinēter cordi distribuiꭍ ac tunc febricitāt. Ubi vero febris ꝑꝑ densitatē accendiꭍ qualis maxime adstrictis refrigeratisqꝫ corporibꝰ fieri solet collecta in corpore mordaci effluuio ꝯsistit. Difflanꭍ eniꝫ semꝑ aīalium corpora duobus modis emissis foras quottidie vaporosis fumosisqꝫ excrementis: attracta aūt aeria substātia intro refrigerante atqꝫ ventilante naturalem caliditatē. Ubi igitur fortis causa condensando cutem predictos meatus adstringat sepe sacietatis morbuꝫ inducit quotiens vaporosa ac benigna materia de corpore effluit: īterdū febrē cōmittit quotiens aspera ac mordax fuerit. Calor aūt potissimum augeꭍ vbi refrigerans aer itra corpus minime trahiꭍ. Excerniꭍ aūt excrementū acre ac mordax aut ijs qui sūt malis humoribus pleni: aut ijs qui malos cibos ingesserunt aut non bene concoxerunt: maxime autē id accidit ex cibis dictis vbi cenosam aut feculentam ac stercorosam aut palustrem aut stagnanteꝫ aut alio quouis modo corruptam aquam bibant. Eodeꝫ modo euenit vbi imoderate laborēt aut vigilent aut angore afficiantur aut acria medicamēta ingesserint. Cibos auteꝫ malos itelligo oēs qui aut ex natura tales sunt vt allia cepe nasturtiū porrum brassica ocimum vrtica ⁊ alij quicūqꝫ noianꭍ agrestas vt eruca apud nos: atqꝫ etiam qui boni sunt ex natura sed ob putredinem quandam predictis equalem aut maiorem sepe numero vitiū acceperūt vt ordeū ac triticū

⁊ alia omnia edulia putrida:partim ob temporis lon
gitudinem ad putridam dispositionem deducta:par
tim situ quodaz repleta quia praue reposita sunt:par=
tim ex prima generatiõe ab ipsa rubigine vitiata. Ta
les igitur cibos etiam nunc pleriqꝫ comedere coacti
pre fame vel febribus putridis ac pestilentibus mor
tui sunt: vel pustulis scabiosis aut leprosis correpti.
Ubi igitur corpus fuerit plenum talibus humoribꝰ:
nulla autem opilatio in visceribus fuerit atqꝫ animal
in cute libere difletur ac refrigeretur sanum quidem
existit sed breuem fallacẽqꝫ obtinet sanitatez. Ubi ve
ro exterior terminus aut astringatur aut in profun=
do meatus opilentur:si astringatur nunc dictum fe=
brium genus si opiletur id qđ paulo post dicendũ est
consistit. Nihil igitur mirum videri debet si ex crudi
tate hi quidez febricitent:illi nihil eiusmodi patianť
Et.n.ijs qui malis iam humoribus pleni sunt ac ma
le difflantur: aut inoportune laborant aut lauantur
propensius ꝓmptũ est febricitare. Jjs aũt qui bonis
sunt pleni humoribus ac probe difflanť ⁊ quiescunt
ac fouẽt iecoris ac ventris sedes impossibile est febri
citare:quoniam in iecore ac ventre manet quicquid
corruptũ est ac temporis spatio paulatim concoquiť
atqꝫ efficiť benignũ. Queadmodũ vbi motus fortio=
res sustinuerint aut in solez estiuũ steterint aut in bal
neum calidarũ dulciũ aquarũ descenderint. Jtidem
vbi corrupta cibaria in ipsum corporis habitũ defe=
runtur febris minime sequiť:nisi propter aliquã aliã
causam vt si sepenumero surgendo laborauerint aut
ventrem ipsum inflãmatio tentauerit.

¶ Ex putredine accendi febrem cuius causa est opi
latio:ac potissimum putrescere quecũqꝫ calida atqꝫ
humida sunt. CAP.V.

c **Eterum** si meatus opilentur atqꝫ
humores stipentur(nã de
ea ipsa re docere distuli) animalia putri=
dis febribus tentanť. Promptissime.n.pu
trescunt quecũqꝫ calida ⁊ humida sunt ⁊ sepe in lo=
cis calidis nisi difflentur ac refrigerenť. Porro neqꝫ
mirum videri debet q̃ꝫ ob rem febres sequanť reple
tionem:qm̃ per eiusmodi dispositiones multe opila=
tiones efficiunť ac totũ corpus difficulter difflatur.
Igitur ex multitudine que est ad ipsas vires humo=
res ipsi cito corrũpunť neqꝫ euicti neqꝫ concocti pro=
be quippe quidem vires cõficientes eos debiliores
existãt. Quo circa quecũqꝫ cibaria glutinosa crassaqꝫ
sũt morbos cõmittere magis possunt:opilare.n.atqꝫ
stipare humorẽ ex illis facilius est. Sed nõne ꝯtrarie
scꝫ extenuantia ⁊ acria morbos cõmittere pñt. Cõstat
enim vt qui altero viuendi genere, exupant febre sifr
prehẽdanť:qr hec oia vt ante diximus malos humo
res gignere assolent. Hec ergo rõne ea ꝙ malos hu=
mores gignunt febriũ cã sunt:alia vero rõne putredi
nis quecũqꝫ glutinosa crassaqꝫ exñt. Nec secus ꝑtes
inflãmatione affecte rõne putredinis accendunt fe=
brem:humor.n.decurrens stipatus vbi fuerit natura
calidus qr non bene difflatur putrescit. Ubi igiť de=
currens humor fuerit diligenter biliosus caliditas sa
cro igni subsimilis occupat partem: vbi sanguineus
inflãmatio vbi ꝑmixtus ex vtroqꝫ aut sacer ignis in=
flãmationi subsimilis aut inflãmatio sacro igni subsi
milis efficiť nomen qdem sumens ab humore domi
nante:denoĩatioñe vero accipiens ab altero. At vero
ex his oibus sequiť febris rõne societatis. Semp.n.
simul cum eo qđ incaluit pars ꝯtinua calefit quousqꝫ
distributio ad cor ipsum deuenerit. Naz carbũculis
quoqꝫ ꝑtes ꝯtinue simul calefiunt genitis ex sangui=
ne per q̃ꝫ calido sed melancolico ꝑpter exustionem.

¶ Pestilentis febris cãm esse inspirationez potissi=
mũ quotiens corpus in eã dispõnẽ fit preparatũ:qm̃
maxima pars generationis morborum est corporis
preparatio. CAP.VI.

c **Alidiores** ꝑterea ambiẽtis nos
aeris ꝯditiones qua=
les sunt circa canis sideris ortum potissi=
mum per inspirationẽ perspicue cor ipsuz
calefaciunt:extrinsecus vero circũfuse corpori totuz
ipsum calidum reddunt maximeqꝫ arterias: vt que
non nihil substantie ipsius ambientis aeris attrahãt
ex qbus oibus simul afficiať cor necesse est: atqꝫ ipm
in primis in modice calefiat maximeqꝫ febrili dispõ
ne tenteť atqꝫ ipsi corpori imittat opꝫ. Ubi vero pesti
lentes subeant ꝯditiones inspiratio potissimũ cã est.
Interduz.n. efficiť ꝑꝑ humores in corpore aptos in
putredinẽ quotiens aĩal breuem quãdã occasionem
ab aere circũfluente susceperit: sed magna ex parte
incipit ex aeris circũfluentis respiratione quem pu=
trida exhalatio infecit. Pricipiũ autẽ putredinis aut
multitudo mortuoꝝ ẽ minime crematoꝝ:queadmo=
dum in bello fieri solet: aut ab exhalatione paludis
cuiusdã aut stagni tꝑe estiuo:atqꝫ interdũ imoderatꝰ
calor circũfluentis aeris incipit queadmodũ in pesti
lentia que athenienses iuasit vt Thucidides ait viuẽ
tes hoĩes in paruis tugurijs estate corruptio afficie=
bat:est aũt initiũ pestilentis febris eo ꝙ humores cor
poris ex prauo victu sint in putrefactionẽ parati. For
sitan aũt accit id ꝑꝑ ꝯtinuitatẽ ex ethiopia fluxerunt
quedã mala inqnamenta que ijs qui habebant cor=
pora lesioni parata cãe febris extiterunt. Huius eniz
semꝑ meminisse opꝫ toto sermõe vt nulla cã sine cor
poris aptitudine efficere possit:aliogn oẽs qui in sole
diuersanť estiuo in febrẽ inciderent:⁊ qui plus equo
mouenť aut bibũt aut irascunť aut ꝯflictanť. Nec se
cus oẽs egrotarent circa canis syderis ortũ atqꝫ in pe
stilentia perirẽt. Sed vt est dictũ maxima pars gña=
tõis morborũ est afficiendi corporis ꝑparatio. Subij
ciatur ergo pro exẽplo in ipso aere inuehi quedã pe=
stilentie semina: atqꝫ eorũ corpoꝝ que versanť in eo
hec esse oium excrementoꝝ plena paratoꝝ qdẽ ex se
ipsis putrefieri:illa sine excrementis ac pura:atqꝫ ad=
datur prioribus in esse opilationẽ meatuũ vndiqꝫ ac
repletionẽ appellatã ac vitã ociosam admodũ come
dentibus ⁊ bibentibꝰ ⁊ re venerea imoderate vtenti
bus ⁊ item minime cõcoquentibꝰ id qđ hec oia que
dicta sũt nec̃io comitať. Alijs aũt oibus corporibꝰ pu
ris ac sine excrementis insit vltra ea que diximus bo
na facilitas spirandi in oibus meatibꝰ nequaq̃ꝫ opi=
latis neqꝫ adstrictis:exercitationẽ vero moderataz ac
vitaz castiorẽ:deinde his ita subiectis cogitabis quo
nam mõ ꝯsonũ sit vtraqꝫ corpora affici ab aere putri
do in se inspirato. Non ne ꝯsonũ est hec statim a pri
ma inspiratione initiũ putredinis accipere?ac pluri=
mam ꝯtrahere tabem?illa nullo modo vel paulũ affi
ci ita vt facille ad habituz natute recurrant? Jtidem
q̃tiens aeris tꝑamẽtuz ab ipso nãe habitu imoderate
recessit ad humiditatẽ ⁊ caliditatẽ pestilẽtes fore mor
bos necesse est:affici aũt per eos maxime qui iaz ꝑus
pleni fuerĩt humiditate excrementosa queadmoduz
qui laboribus moderatis ac vita proba vsi sunt peni
tus ipatibiles ꝑmanent per oẽs eiusmodi affectiões
hic sermo suꝑ vno exẽplo dictus est: sed in oĩ gñe cã
verus est ac cuilibeat integre in eo exerceri legat li=

bruꝫ de causis pro catarcticis.i.primitiuis. Ego vero
p̄nti libro parcens longitudini vno capite oēm eum
